

*Bibliotheca  
Electoralis publica.*

*C. T. Heilmann sculp. Dresden.*

*Port. Cat. A 95 6*





SYLLOGE  
OPVSCVLORVM VETERVM  
POETICORVM,

---

CATVLLI EPITHALAMIUM PELEI,  
TIBVLLI MESSALAM, LVCANI PISONEM,  
CLAVDIANI CONSVLATVM IV HONORII,  
ET STATII ACHILLEIDEM  
COMPLEXA.

---



IN

VSVM IYVENTVTIS STUDIOSAE COLLEGIT,  
ET NOTAS ADSPERSIT  
HENRICVS GODOFREDVS REICHARDVS,  
A. M. ET SCHOL. PROV. GRIMM. COLL. III

---

LIPSIAE,  
APVD E. B. SCHWICKERT,  
MDCCLXXXIII.

TABLE OF

CONTENTS

TO THE

REVISION OF THE

STATUTES OF THE

PARLIAMENT

OF GREAT BRITAIN

AND IRELAND

IN THE YEAR 1832

BY

W. G. B. G. G.

PRINTED BY

W. G. B. G. G.

V I R O

PERILLVSTRI GENEROSISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO,

CHRISTOPHORO GOTTLOB  
A BVRGSDORF,

SVPREMI SENATVS ECCLESIASTICI  
DRESDENSIS PRAESIDI GRAVISSIMO,

ET

SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS

PRAEFECTO CVBICVLI,

PATRONO PIE VENERANDO,

D. D. D.

EDITOR.

V I R O

VERMISSTEN GEMEINEN

1775

IN DER

CHRISTOPHORO GOTTLIB

A. BARON

STÄDTEN SENIORS

UND

ET

VERMISSTEN GEMEINEN

IN DER

TATRONO RIE VERNERLANDO

D. D. E.

BARON



**A**ccipe consueto, FAVOR VENERANDE,  
fauore,

Ingens Saxonici luxque decusque foli;  
Cuius, vt ingenio par est prudentia summa,  
Sic quoque doctrinae par pietatis amor;  
Qui tantum huic debes sanctae pietatis amori,  
Quantum ipsa haec pietas relligioque TIBI;  
Ingenuis tantum qui debes artibus, artes  
Hae quantum debent litterulaeque

TIBI; —

Accipe, quod, pretii totum splendoris et  
expers,

A me non magnum iam TIBI munus  
adeft.

Exiguum est, fateor; plura et maiora de-  
dissem,

Si modo suppeterent, MAGNE PATRONE,  
mihi.

Perfarum regi, meritum vt praeberet ho-  
norem,

Quem poscunt pietas officiique fides,  
Olim vndae latices, haustos de flumine,  
plena

Agricolam, narrant, exhibuisse manu.

Et tamen hoc regi placuit, nec munus in-  
entum,

Sed mens et pietas grata ferentis erat.

Sic haud ambiguum pietatis, et huncce li-  
bellum,

In TE TV signum perpetis esse puta.  
Ac licet ingenii sint haec commenta pro-  
fani,

Quae legis; at sternunt ad meliora viam,  
His iuuenes libris studiosos rite legendis  
Grammaticae ad legem continuisse iuuat,  
Mature vt discant, digitum intendente ma-  
gistro,

Quem, libri, sensum, singula verba ferant;  
Ne, quoties olim debebunt aurea Christi,  
Prodita diuinis, pandere, iussa libris,  
Aut male corruptae sensûs dulcedine mentis  
Coetibus obtrudant somnia vana suis,  
Aut, distorquendo auctorum planissima  
verba,

Artibus exsculpant pessima quaeque novis.  
Idque probas, (nou) quoque TV; TE Prae-  
sida gaudent

Artes ingenuae, pulpita, templa, scholae;  
TE que diu saluo laetari vt Praeside possint,  
Assidue Dominum, qui regit astra, precor.  
TV modo perpetuo facilis Grimmaeque,  
mihique,

(Namque huius sum pars quantulacunque)  
faue!

## PRAEFATIO.

**I**n imbuenda vero elegantiae gustu, ac Latinorum inprimis poëtarum operibus interpretandis probe exercitanda iuventute scholastica, quando de iis quaeritur, quorum immortalia ingenii monumenta ei ad hunc finem proponenda sint; nemo, opinor, tam absurdus, paene dicam demens, fuerit, qui non praestantissimis illis triumviris, VIRGILIO, HORATIO, atque OVIDIO, primas hic partes deferendas esse sentiat, horumque, aliquam certe, tractationem vel ab hebetissimo quoque, et quiduis olim aliud, quam poësin latinam tractaturo, postulandam esse statuatur. Sed quum in scholis, inprimis paulo maioribus et frequentioribus, multi saepe excitatoris ingenii adolescentes reperiantur, qui paulo longius progredi in hoc studio et possint et velint; nemo rursus erit, opinor, tam morosus ac difficilis, qui laudabili horum etiam conatui non succurrendum, sed potius caeterorum, ut Catulli, Tibulli, Siliii Italici, Valerii Flacci, Claudiani, aliorumque scriptis egregiis interdicendum iis

existimet. Id vnum dolendum videtur, quod plerisque talium iuuenum tam angusta domus est, vt bibliotheca ipsorum poëtica Latina praeter tres illos triumuiros, quos supra dicebam, fere nullos contineat, ipsisque adeo reliqui poëtae, paene omnes, vix aliter, nisi fando, innotescant, nedum, vt diligentius illos tractare, et sic, quomodo tres illos principes sequior aetas imitata sit, accuratius peruidere possint. Nihilominus, quum omnis omnino accuratioris doctrinae valde intersit, ne haec eius pars vnquam intermoriatur, imo, idoneus potius quouis tempore eorum numerus supersit, qui eam prae ceteris excolant; aequum sane videtur, talium quoque iuuenum studiis eatenus certe consulere, vt etiam posterioris aetatis poëtas, etsi non omnes, ac ne praecipuorum quidem opera omnia, aliquos tamen, paruo sibi sumtu comparare, suaeque scientiae copiolas qualescunque augere inde possint. Hoc vt commode fieret, iam dudum quidem, *Chrestomathiarum* nomine, quam plurimi tales libelli in vulgus edi sunt coepti, qui selecta, non modo profaicorum veterum, (cuius rei initium magnus ille GESNERVS in Cicerone fecerat,) sed etiam poëtarum loca, no-

tis interdum illustrata, exhiberent, vt, quemadmodum ex vngue leonem, ita ex his integrorum operum conditionem et pulchritudinem adulescentes cognoscerent. Sed, vt ingenue dicam, quod sentio, praeterquam, quod italicum librorum copia nunc paene obruimur, totum omnino illud *Chrestomathiarum* genus mihi non valde placet, quum nihil aliud contineat, nisi vel parua poëmatia, Epigrammata, Elegias, Odaria, vel exiguas maiorum operum, e medio contextu abscissas, particulas, et veluti fragmenta seu frustula, e quibus non magis poëtae ingenium, vigor, ars, et spiritus, quam ex vno lapide vel caemento integri aedificii pulchritudo vel structura, iudicari potest. Mihi quidem longe consultius videtur et iuuenum studiis iuuandis accommodatius, e paucioribus poëtis Latinis pauciora poëmata, sed integra, quam ex pluribus plura, sed truncata, et quasi

*disiecti membra poëtae*

eis in manus tradere, vt non modo singula magnorum poëtarum verba, epitheta, versiculos, similitudines, imagines, probabiliter imitari, verum etiam totum aliquod scite ponere, et integrum iustae magnitudinis carmen effingere, partes diuersas apte inter se connectere,

et ex iis vnum veluti corpus non contem-  
nendae pulchritudinis efformare discant, quod  
alii quicumque libenter, artis autem periti cer-  
te sine fastidio cognoscant.

Hoc itaque consilio, simulque vt habeant  
scholae paulo maiores, absoluto aliquo Virgilii,  
vel Horatii, vel Ouidii opere, quod, varietatis  
caussa, dum ad aliud pergant, tractent, ex iis  
poëtis Latinis, qui post hos tres sunt praestan-  
tissimi, et quorum tamen integra opera ado-  
lescentum plerisque, propter molis vel pretii  
magnitudinem intacta et inaccessa esse solent,  
aliquot opuscula seligenda mihi ac separatim  
edenda esse putavi, quae virtutis simul habe-  
rent hoc, vt partim exiguae molis essent,  
ideoque vel pauperrimis iuuenibus facile para-  
bilia, partim etiam tantae suauitatis ac prae-  
stantiae, vt ad acuendum pulchri sensum, exer-  
citandumque interpretando imitandoque inge-  
nium commendari tuto iis possent. Sumsi au-  
tem omnia de genere Panegyrico, idque inpri-  
mis hac de caussa, quoniam nunc quidem non  
videntur amplius ea esse tempora, quibus La-  
tino aliquo vel dramate, vel poëmate heroico  
maiori, vel bucolico carmine, nostri saeculi

hominibus aliquis placeat; in illo contra, pae-  
ne vno, imitatio veterum, nostra adhuc aetate,  
locum aliquem habere possit, si quis v. c. aut  
nuptias, aut natalem diem, aut munera ac  
dignitates fautoribus et amicis gratulari volue-  
rit. Atque etsi minime defunt, etiam inter vi-  
ros huius aevi doctissimos, qui de his ipsis,  
quae selegi, opusculis variis de causis non adeo  
magnifice sentiant; tamen ea *primum* auctores  
habent, aliis et maioribus operibus satis iam  
spectatos, vt Statium et Claudianum, (nam de  
Lucano incerta res est) qui per haec illis reue-  
rentiam, quandam concilient; *deinde* tota hic  
quidem res videtur ad sensum quendam ac gu-  
stum suauitatis et pulchritudinis redire, qui  
non omnibus idem est, ac de quo proinde (vt  
vulgare habet prouerbiū) nec multa dispu-  
tanda sunt; *denique* haec eduntur in vsus ado-  
lescentium, poëseos studiosorum, a quibus ne-  
mo virilem ingenii maturitatem, aut sublimi-  
tatem in componendo carmine postulauerit,  
sed versu facili et plano, epithetorum bono de-  
lectu, sententiarum veritate, et apto rerum  
inter se nexu, abunde fuerit contentus. Has  
autem virtutes in his opusculis ita ostendisse  
eorum auctores, vt ibi regnent, ne fa-

studiosissimos quidem iudices infitiaturos arbitror.

Caeterum ex eo, quod his opusculis a me laboris et operae accessit, nolim equidem ab aequis lectoribus vel iudicibus meam siue diligentiam, siue critices ac philologiae studium censerī. Volueram enim ab initio nuda horum panegyricorum contexta formis excudi, ut (quod iam supra dicebam) quam vilissimo pretio libellus in manus iuuenum perueniret. Sed quum nonnihil a mea manu illis accedere librarius vehementer cuperet; aequum putavi, eius voluntati, notulis aliquot adspargendis, satis facere, in quibus tamen et ipsis, partim propter causam, modo commemoratam, partim propter alia, quae sub manibus erant, negotia, breuitati studui, nec nisi tironibus scitu maxime necessaria adieci, quae vel ad lectionis delectum, vel ad interpretationem Grammaticam, vel denique ad poetici ornatus vim enucleandam pertinere mihi viderentur. In quo ipso, sane fateor, quod quidem ad Claudianum, Tibullum, et Catullum attinet, Gesnerorum, Heyniorum, ac Doeringiorum, V. V. C. C. labores magnum mihi otium fecisse; in Claudia-



no etiam subinde me nihil fecisse aliud, nisi, ut notas Viri summi, paulo obscuriores, ac viris doctis maximam partem scriptas, tironum caussa, planioribus verbis exprimerem; in caeteris vero, qui nondum ita excussi et elaborati prodierunt, paulo plus de meo me coactum fuisse adiicere: quanquam et in prioribus quaedam obseruasse mihi visus sum, quae apud reliquos interpretes frustra quaesieram.

Caeterum in singulis textum sequi placuit editionum recentissimarum, earundemque celeberrimarum, in Catullo Doeringianae, in Tibullo Heynianae, in Claudiano Gesnerianae, in Statio Veenhuyfianae. In Lucani Pisone, qui ab omnibus prope Pharfaliae editoribus neglectus videtur, Cortii textus adhibitus propter necessitatem fuit, ex editione minori, quae Lipsiae MDCCXXVI 8vo prodiit; idque tantisper, donec eum meliorem nobis det, qui novam Lucani editionem dudum parare fertur, *Martini Laguna*, V. C. quae ab omnibus cupide expectatur.

Haec sunt, quae ignorare lectores aequos nolebam, quibus ceteroquin institutum meum

probari cupio, idque vt ad fructum aliquem iu-  
uentutis scholasticae, cui consilia et facta mea  
maxime dicata sunt, redundet, vehementer  
opto. Scribebam Grimmae, MDCCLXXXIII.  
a. d. IV Cal. April.

# E R R A T A

quae per absentium editoris irrepererunt:

pag. 4 lin. 8 pro: dupem	lege: dapem
— — — 25 — CATVLI	— CATVLLI
— 9 — 10 — Illa - tempest.	— Illa tempest.
— — — 17 — augusta	— angusta
— 11 — 30 — veneri	— Veneri
— 17 — 35 — non pe	— non per
— 22 — 21 — auigatus	— alligatus,
— 25 — 12 — flumine	— flumina
— 26 — 32 — miretur	— miretur,
— 32 — 8 — sed	— seu,
— — — 33 — sunt, ad	— sunt, at
— — — 34 — cunctis	— e iunctis
— 42 — 3 — per tempoto	— per tempora
— 49 — 19 — muncipiis,	— mancipiis,
— 50 — 3 — habenis	— habenas
— 52 — 11 — nouis consules	— noui consules
— 53 — 14 — inani vano,	— inani, vano,
— 54 — 12 — nec de	— nec te
— — — 33 — ae familiae	— ac familiae
— 57 — 2 — vndis,	— vndis
— — — 14 — lepos,	— lepos:
— 58 — 20 — tunditnr,	— tunditur,
— 59 — 15 — similesque	— similisque
— 60 — 10 — turbum lapriuam	— turbam captiuam
— — — 38 — tura,	— turba,
— 61 — 22 — ita, vr	— ita, vt
— 62 — 20 — nartis,	— nantis,
— 63 — 20 — exierere	— exferere,
— 64 — 21 — mulca	— multa
— — — 31 — (quod enim	— (quid enim
— 67 — 33 — indunt.	— induunt.
— 68 — 19 — oriri	— otiri decuit.
— 76 — 23 — Thraciac	— Thraciae
— 81 — 27 — Sis pri. s	— Sis pius
— 87 — 5 — Mucii	— Muci
— 96 — 32 — medium aurum	— nudum aurum
— 102 — 4 — Thabais	— Thebais
— — — 19 — s	— videmus.
— — — 20 — cantaturum	— cantaturum,

pag. 109 lin. 11 pro: licat	lege: licet
— 112 — 19 — mente,	— monte,
— 113 — 1 — demissa	— demissa
— 114 — 26 — iuuior	— iunior
— 116 — 3 — plerumque	— puerumque
— 117 — 34 — censpectu	— conspectu
— 124 — 32 — Athilles	— Achilles
— 126 — 1 — Summitte	— summitte
— 127 — 28 — Chironm	— Chironem
— 135 — 21 — qua sacra	— quae sacra
— 136 — 4 — regnm	— regum
— 158 — 26 — affectrae	— affectare
— 141 — 23 — exerit ---	— exerci ---
— 147 — 15 — digressa	— digressa
— — — 30 — tacita,	— tacitas.
— 151 — 15 — Vsque	— Vsque
— — — 20 — funera	— funera
— 154 — 26 — simulabat	— simulabat
— 159 — 25 — quoniam	— quoniam
— 170 — 20 — Pyrrhus etc.	— Pyrrhus, seu

Reliqua beneuoli lectores ipsi facile emendabunt.

---

---

P R O O E M I V M  
in Epithalamium Catulli.

---

**H**oc carmen nuptiale, (quod, propter primos versus, olim Argonauticorum nomine perperam insignitum fuisse, unumquemque vel fugitiva opusculi perlustratio facile docet) etsi est ex elegantissimis et suavissimis totius antiquitatis; tamen non e nostrae aetatis Epithalamiis iudicari debet, sed, quantum ego video, est quaedam ἐπιδειξις, in qua auctor omnem ingenii sui et artis poëticae (qua imagines pingit) vim volebat experiri, et cui nuptias Pelei ac Thetidis non nisi velut materiam et tabulam linteam substernebat, ut occasionem enarrandae Ariadnes fabulae, longe suavissimae, et ad sensus delectandos accommodatissimae, videretur subministrasse. Quod si firmiter teneamus, multae virorum, etiam doctissimorum reprehensiones, v. c. de nimia illius Episodii longitudine, de filo eius v. 115 interrupto, ac statim tamen resumto, per se evanescent, quae alioquin, absque hoc si esset, futurae erant longe verissimae.

Caeterum argumentum carminis, ac veluti typus et filum, ut quam breuissimis, tironum causa, complectamur, est fere huiusmodi: Quum Argonautae per mare Aegeum Colchos peterent, quoniam haec prima omnium erat (ut fabulae ferunt) nauigatio, Nereides, insolito inuitatae spectaculo, eos vident praeteruehi, qua occasione mutuus inter Peleum ac Thetidem amor nascitur, dieque hinc constituto nuptiae celebrantur. (v. 1—48.) In his nuptiis, quarum sollemnia breuiter describuntur, thalamus, purpurea quadam veste stratus, apparet, in qua multae e fabulis imagines depictae conspiciuntur, quarum praecipua est Ariadnes, a Theseo Naxi desertae. Haec iam copiosissime narratur, sed non historice, h. e. imperite, ab

PROOEMIUM

initio ad finem, verum habito ad tabulam ipsam respectu, ubi pictor, artis suae peritus, momentum temporis gravissimum, i. e. Ariadnen, somno experrectam cum maxime, ac desertam se ab amasio videntem, ad depingendum delegerat. Hinc Ariadnen poeta primum hoc ipso statu describit, (v. 49 — 72.) deinde narrat ea, quae praecesserant, aduentum Thesei in Creta insula, amores, certamen cum Minotauro; (v. 73 — 115.) tum, eam in querelas de illius perfidia erumpentem inducit, et imprecationes effundentem. (v. 116 — 201.) Harum euentum ipse statim adiungit, h. e. quomodo Aegeus, Thesei pater, adventante filio, in mare se praecipitarit; (v. 202 — 250.) Bacchus contra suo in Ariadnen amore luctum illum veluti compensarit, quod pariter in illa tabula fuerit expressum. (v. 251 — 264.) Nunc ad ipsas tandem Pelei nuptias fit transitus, quibus Dii, praeter Phoebum ac Dianam, omnes intersunt, ac dona sua conferunt. (v. 265 — 303.) Etiam Parcae ipsae veniunt, alternisque carmen nuptiale novis nuptis, idque fatidicum de Achille, ex ipsis nascituro, accinunt. (v. 304 — 380.) Deorum vero praesentia in nuptiis sponsi, qui ipse Deus non esset, ne offendantur lectores, poeta, epilogi loco, causam eius reddit, antiquissimorum temporum simplicitatem, pietatem, ac fidem; quae omnia, in deterius deinde mutata, eos ab hominum consortio alienauerint. (v. 381 — 406.)

Hoc argumentum carminis ac veluti typus est, isque longe simplicissimus, in quo nec argutandum est multum, alioqui finis dubitandi, reprehendendi, excusandi, disputandi denique nullus unquam fuerit. Quin potius, concesso interim, esse quaedam in toto vitia, quod Catullus non satis recte, e nostrae quidem aetatis iudicio, posuerit, fruamur deliciis, quas in partibus singulis tanto lautiores ille nobis apposuit, et earum occasione iuventutem sensu pulchritudinis imbuamus. Sunt autem virtutes huius carminis praecipuae, e mea quidem sententia satis magnae, hae duae, potissimum: Altera ipsa, quam diximus, simplicitas, naturae par, quae ubique in imaginibus pariter

ac verbis dominatur, ut nihil nec desit necessarium, quod lector seu spectator adhuc desideret, nec redundet inutile et superuacaneum, quod ipse per se sciat, aut rectius abesse iudicet. Instar omnium sint: ipsa Ariadnes descriptio, ubi primum desertam se animaduertit, (v. 60—70.) et Parcarum nentium, (v. 310—320.) quam recte Doeringius in splendidissimis totius antiquitatis locis numerat, equidem reginam caererarum omnium dixerim. Altera virtus inest in incredibilem versuum concinnitate ac laeuitate, epithetorum delectu et collocatione, omninoque eo, quem *μνηστικὸν* poeticum licebit appellare, qui, etsi solus poetam non facit, tamen nec in potestate haberi, nisi a poeta, potest, qui hodie paene ab omnibus negligitur, ad quem tamen imprimis attentos iuuenes studiosos in poetarum interpretatione reddere soleo. Hunc, quanquam Catullus in reliquis suis carminibus non adeo sollicitè adhibuit, tamen in hoc diligentissime seruauit. Insunt enim versus longe felicissimi, suauissimi, politissimi, quorum ne Virgilium quidem aut Nasonem pudeat. Vide, exempli causa, paucos de multis, 7. 9. 10. 22. 42. 49. 54. 62 — 65. 95. 113. 129. 157. 162. 172. 235. 296. 310. imprimis in carmine Parcarum, qui paene uniuersi sunt ex hoc genere. Sed horum suauitas immane quantum augetur atque acuitur inspersa hinc inde illa antiquitatis, nescio crustanne, an rubiginem, an aliter appellem, quae per medios versus laeuigatos quasi pellucet, et quae Catulli aetatem, nisi iam sciremus, certissime vel una nobis proderet. Constat enim, eum vixisse in confinio aetatis, quam semibarbaram vulgo appellant, et quae nobis Ennios, Plautos, Terentios, Lucretios dedit, atque aureae, quae Marones, Flaccos, et Nasones protulit; unde ex utraque nonnulla non admiscere non poterat. Huc igitur pertinent: primum Spondaici paulo frequentiores, (ita, ut paene triginta toto carmine numerauerim) ea tamen cautione positi, ut nusquam, nisi v. 78 — 80. (ubi tres se inuicem excipiunt) constipentur, vel aures offendant, sed melioribus plerumque intermisceantur. Deinde voces illae obsoletae, et epitheta Lucretiana, v. c. *fluentifonus*,

v. 52. elarisonus, v. 125. raucisonus, v. 265. amplifice,  
 v. 267. horrificans, v. 271. iustificus, v. 402. quae vel  
 uti reuerentiae aliquid carmini conciliare mihi videntur.  
 Denique versus aliquot integri, vere Lucretiani et En-  
 niani, parumper claudicantes ac duriusculi, ut v. 41.  
 Non falx attenuat frondatorum arboris umbram.  
 v. 44. Regia, fulgenti splendent auro atque argento.  
 — 79. Cecropiam solitam esse dupem dare Minotauro.  
 — 152. Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque. etc.  
 Quae omnia, si, uti dixi, cum illis melioribus mista, ab  
 intelligenti aure cognoscantur, suauitatem carminis mi-  
 rum in modum augent, quae, ni fallor, praecipua semper  
 poematum virtus habita est, et, qua ceteris, supra com-  
 memoratis in hoc epithalamio adiuncta, parua illa vitia,  
 si qua fuerint, prorsus euanescent.

---

## C. VALERII CATULLI

### Epithalamium Pelei ac Thetidis.

---

**P**eliaco quondam prognatae vertice pinus  
 Dicuntur liquidas Neptuni nasse per vndas  
 Phasidos ad fluctus, et fines Aeeteos:  
 Quum lecti iuuenes, Argiuae robora pubis,  
 Auratam optantes Colchis auertere pellem, 5  
 Ausi sunt vada falsa cita decurrere puppi,

#### NOTAE IN

#### CATULLI EPITHALAMIVM PELEI AC THETIDIS.

*Peliaco* — *vertice pinus*, na- quercus, alnos, promiscue  
 ves ex Pelii, Thessaliae pro nauibus vsurpant. Cae-  
 montis, arboribus fabrica- terum valde similis huic  
 tae; nam poëtae quaeuis locus est apud Phaedrum,  
 materiae genera, pinus, L. IV, Fab. 6, ut paene ex



Caerula verrentes abiignis aequora palmis:  
 Diua quibus, retinens in summis vrbibus arces,  
 Ipsa leui fecit volitantem flamine currum,  
 Pinea coniungens inflexae texta carinae. 10  
 Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.  
 Quae simul ac rostro ventosum proscidit aequor,  
 Tortaque remigio spumis incanduit vnda;  
 Emergere feri candenti e gurgite vultus,  
 Aequoreae, monstrum, Nerëides, admirantes; 15  
 Illâque, haudque aliâ, viderunt luce marinas  
 Mortales oculi nudato corpore Nymphas,  
 Nutricum tenus extantes e gurgite cano.  
 Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,  
 Tum Thetis humanos non despexit hymenaeos, 20  
 Tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.  
 O nimis optato seclorum tempore nati  
 Heroes, saluete, Deum genus; o bona mater!

hoc ductus videri possit.  
 7. palmis, i. e. remis, qui  
 palmae et palmulae, Gr.  
 κῆραι, saepe dicuntur. v.  
 Schefferum de milit. nav.  
 L. II. c. 5. p. 137. 8. Diua —  
 — arces, Minerva, quae ar-  
 cium custos, πολίεχος, ha-  
 beri solet. 9. currum, na-  
 vem, propter celeritatem  
 cursus. 11. Illa sc. Argo,  
 navis. rudem, Paulo inusi-  
 tatus hoc epitheton sensu  
 passivo poeta adhibet, quod  
 alias active tantum de eo di-  
 citur, qui aliquid nondum  
 fecit aut potest facere. Am-

phitrite igitur est h. l. mare,  
 in quo nondum tentata est  
 nauigatio. Sensu activo  
 navis potius ipsa et Argo-  
 nautae rudes artis nauigan-  
 di, dici debuissent. 14. fe-  
 ri, torui, indignantes. 15.  
 monstrum, non tam navis  
 monstrosa innuitur, quam,  
 quod tota res illa, audax  
 consilium, aquas naue pri-  
 mum tentandi, aliquid mon-  
 strosi habeat. 18. Nutri-  
 cum tenus, i. e. ad mammas  
 vsque. 21. Thetidi. Huius  
 vocis vltima, quae ex legi-  
 bus prolochia corripienda


Vos ego saepe meo, vos, carmine compellabo.  
 Teque adeo eximie taedis felicibus aucte, 25  
 Theſſaliae columen, Peleu, quoi Iuppiter ipſe,  
 Ipſe ſuos Diuūm genitor conceſſit amores.  
 Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?  
 Tene ſuam Tethys conceſſit ducere neptem,

erat, h. l. propter caeſuram  
 producitur, ut apud Val.  
 Flacc. II. 286. et Stat. Achill.  
 L. II. 280. 22. 23. *O mi-  
 nis — Heroës.* Haud du-  
 bie Argonautas alloquitur,  
 quibus contigiffet, eo naſci  
 tempore, quo Dii adeo ipſi  
 ſe cum iis coniungerent. *o  
 bona mater!* Non placet  
 mihi, ſed durum potius vi-  
 detur, hic matres iſtorum  
 heroum omnium, collectim  
 ſumtas, intelligere; Neque  
 enim eandem omnes ma-  
 trem habebant, ſed ſinguli  
 ſingulas. Sed nec Pelei ac  
 Theridis matres; nam hae  
 quoque duae ſunt, ac poë-  
 ta, verſu ſtatim ſequenti,  
 plures alloquitur non vnum;  
 Peleum ſingulatim verſu de-  
 mum 25 nominat. Itaque  
 nudam exclamationem ad-  
 mirantis puto, quae vel ad  
 matrem Deūm dirigatur,  
 vel, vt Mureto quoque  
 placuit, ad nauem Argo,  
 quae tot veluti liberos ex  
 ſeſe in Colchide paritura  
 fit. Certe commodius  
 quidquam nunc non ſuc-  
 currit. 25. *eximie*, i. e.  
 praeter caeteros. Quod ſi

Mureti lectio: *eximiae* vera  
 ſit; ad *taedas* trahendum  
 erit, hoc ſenſu: qui tam  
 eximiae ſponſae nuptiis be-  
 aberis. 26-27. *quoi Iuppiter  
 — amores.* Nam Iuppiter  
 Thetidem ipſe amabat; ſed  
 quum audiffet, in fatiſ  
 eſſe, vt filius, ex ea naſcen-  
 dus, patrem virtute ſupe-  
 raret, illius amore ſtatim  
 abſtinuit, eamque Peleo  
 conceſſit. 28. 29. Duae ſunt  
 Deae maris ſimili admodum,  
 non tamen eodem nomine,  
 quae a multis perperam con-  
 funduntur, ſed accurate di-  
 ſtinguendae ſunt, etiam h.  
 l. a Catullo fatiſ iuculenter  
 diſtinguuntur, *Thetis*, (*Θέ-  
 τισ, idos*) ac *Tethys* (*Τηθύς,  
 vos*) quarum illa, cuius nup-  
 tiis hoc carmen dicatum eſt,  
 erat Nerei ac Doridis filia,  
 Pelei coniux, Achillis ma-  
 ter; ac *Neptunine* h. l. vo-  
 catur, quod Neptuni, Deo-  
 rum maris omnium prin-  
 cipis, imperio ac poteſtati  
 erat ſubiecta; haec contra  
 Coeli ac Terrae filia, Ocea-  
 ni coniux, Nerei mater.  
 Hoc, propter multa poëta-  
 rum loca, in quibus ambae

Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem? 30  
 Quae simul optatae finito tempore luces  
 Aduenêre, domum conuentu tota frequentat  
 Theſſalia: oppletur laetanti regia coetu.  
 Dona ferunt: prae se declarant gaudia voltu.  
 Deſeritur Scyros: linquunt Phthiotica Tempe, 35  
 Crannonisque domos, ac moenia Lariffaeâ:  
 Pharfaliam coëunt, Pharfalia teſta frequentant,  
 Rura colit nemo; mollescunt colla iuuençis:  
 Non humilis curuis purgatur vinea raſtris:  
 Non glebam pronò conuellit vomere taurus; 40  
 Non falx attenuat frondatorum arboris vmbra:  
 Squalida deſertis robigo infertur aratriſ.

occurrunt, vitandae confuſionis cauſſa, a tironibus probe teneri velim. Stemma igitur vtriuſque erit hoc:



31. *finito*, deſtinato a Parçis. *luces*, nuptiales dies. Ergo, ſi Catullum ſequimur, hae nuptiae tum adhuc inſtabant; ſi Valerium Flaccum, L. I. 403 ſqq. atque alios Argonauticorum ſcriptores, non modo jam dudum praeterierant, verum etiam Achilles iam paene adoleuerat, vt Chironis,

Centauri 'disciplinae tradi poſſet. Sed admodum frequens in talibus, poëtarum veterum diſſenſus eſſe ſolet. 37. *Pharfaliam*. Quum ſeconda huius vocis apud poëtas perpetuo producat, aut legendum erit, vt quidam habent, *Pharſalon*, aut vox triſyllaba accipienda, vt *vindemiator* quadriſyllabum eſt apud Horatium, Serm. I, 7, 30. Caeterum, vt vitetur tautologia, *Pharfaliam*, regionis, *Pharfalia* autem vrbiſ nomen intelligendum putem. 38. *mollescunt* i. e. propter requiem a labore minus detrita ſunt. 41. *attenuat — vmbra*. Ornatiffime pro cauſſa effectum poſuit, cum dicere debuiffet: *frondes amputat*.

Ipius at sedes, quacunq̄ue opulenta recessit  
Regia, fulgenti splendent auro atque argento.  
Candet ebur foliis, collucent pocula mensis. 45

Tota domus gaudet regali splendida gaza.  
Puluinar vero Diuae geniale locatur  
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum  
Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.

Haec vestis, priscis hominum variata figuris, 50  
Heroum mira virtutes indicat arte.

Namque fluentifono prospectans litore Diae  
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur  
Indomitos in corde gerens Ariadna furores:  
Necdum etiam sese, quae visit, visere credit; 55  
Vtpote fallaci quae tum primum excita somno  
Desertam in sola miseram se cernit arena.

Immemor at iuuenis fugiens pellit vada remis,  
Irrita ventosae linquens promissa procellae.  
Quem procul ex alga moestis Minois ocellis, 60  
Saxea vt effigies bacchantis prospicit Euoe,  
Prospicit, et magnis curarum fluctuat vndis,  
Non flauo retinens subtilem vertice mitram,

43. 44. *quacunq̄ue* — *regia*,  
exquisite pro: *in omnibus*  
*angulis, et partibus regiae*.  
Nam anguli proprie dicun-  
tur *recedere*. 48. *Indo quod*  
*dente politum*, rursus exqui-  
site, pro *factum*, q. d. ita  
factum, vt sit laeuissimum,  
qualia omnia, ex ebore fa-  
bricata, esse solent. 51. *He-*  
*roum*, ergo non vnus herois,  
sed plurium, e quibus poe-

ta vnam modo fabulam The-  
sei, exempli causa delectam,  
copiosius illustrat, neque  
alias vesti praeterea intex-  
tas fuisse, propterea negat.  
52. *Diae*, insulae, quae no-  
tiori nomine Naxos dicitur,  
vna Cycladum in Archipe-  
lago. 60 - 70. Egregia pla-  
ne imago furibundae, quae  
*primum*, dolore intus com-  
presso, obmutescit, *deinde*,

Non contecta leui velatum pectus amictu,  
Non tereti strophio luctantes vineta papillas: 65

Omnia quae toto delapsa e corpore passim  
Ipfius ante pedes fluctus falis alludebant.

Sed neque tum mitrae, neque tum fluitantis amictus  
Illa vicem curans, toto ex te pectore, Theseu,  
Toto animo, tota pendebat perdita mente. 70

Ah misera, assiduis quam luctibus externavit  
Spinofas Erycina ferens in pectore curas.

Illa — tempestate ferox, quo tempore Theseus  
Egressus curuis e litoribus Piraei

Attigit iniusti regis Gortynia tecta. 75

Nam perhibent, olim crudeli peste coactam  
Androgeoneae poenas exfoluere caedis,

Electos iuuenes simul et decus innuptarum

Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro,

Quéis augusta malis quum moenia vexarentur, 80

quum dolor sibi veluti viam  
fecit, in omnia circum se  
posita faeuire incipit, pro-  
cul a se abiicit, 69 - 70.

*Toto ex te — perdita men-  
te.* Plane ita, modo de  
longe alia re Christus, Mat-  
thaei 22, 37. vt, si per tem-  
porum et locorum rationem  
fieri potuisset, alter ex al-  
tero locus expressus videri  
posset. Sed plures iam, eae-  
que interdum maxime mi-  
rabiles, profanorum scripto-  
rum cum sacris similitudi-  
nes, ab alijs notatae. 75.  
*iniusti regis*, Minois, qui,  
etli deinde propter iustitiam

summam a Ioue iudex apud  
infernus constitutus est, ta-  
men, in tributo tam crudeli  
ab Atheniensibus exigendo,  
recte h. l. *iniustus* dicitur.

77. *Androgeoneae — caedis.*  
Hunc, Minois et Pasiphaës  
filium, Athenienses quum,  
propter aliquam suspicio-  
nem, per insidias occidis-  
sent, fame, peste, ac Mi-  
nois bello simul infestati  
non prius liberabantur,  
quam si septenos quotan-  
nis iuuenes ac totidem pu-  
ellas, siue sorte ducendas,  
siue ab ipso Minoë deligen-  
das (nam in hoc ipsi vete-

Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis  
 Proiicere optavit potius, quam talia Cretam  
 Funera Cecropiae ne funera portarentur.  
 Atque ita naue leui nitens, ac lenibus auris,  
 Magnanimum ad Minoa venit, sedesque superbas. 85  
 Hunc simul ac cupido conspexit lumine virgo  
 Regia, quam suaues exspirans castus odores  
 Lectulus in molli complexu matris alebat,  
 Quales Eurotae progignunt flumina myrtos,

res variant) missuros Cretam promitterent, a Mino-tauro deuorandos. 83. *Funera — portarentur.* Scio, doctissimos interpretes consentire in lectione: *ne funera*, aut *nec funera*, eamque illustrare ex noto illo, *δῶρα ἄδωρα, γάμοι ἄγαμοι*, per oxymoron, vti vocatur. Sed ego me, fateor, hanc figuram, hoc certe loco satis concoquere non posse. Neque enim par hic, vt alibi, ratio est, ac ne sensus quidem sibi satis constat. In talibus enim locutionibus nomen substantiuum i. e. subiectum, semper aliquid ponit seu affirmat, quod sequens adiectiuum i. e. praedicatum tollit seu negat, v. c. *δῶρα ἐξ ἄδωρων vera* quidem *dona* significant, sed, quia ab hostibus veniunt, sunt *ἄδωρα*, i. e. non *δῶρα* sunt amplius, sed esse desinunt. Iam comparemus Catullum. *Funera* (sc. iuuenum et puellarum)

*Cretam portantur, tanquam ne-funera.* An illi erant iam *funera*, cum hoc fiebat? Imo in Creta insula demum debebant fieri *funera*. Ergo inuerso potius ordine construenda esset oratio sic: *quam talia ne-funera* (i. e. nondum funera seu adhuc viui) *Cretam* tanquam *funera* (sc. mox futura) *portarentur.* Sed hoc dicere poëtam noluisse manifestum est; ergo ne talem sententiam, quales sunt illae Graecae, imitari videtur voluisse. Porro etiam ordo verborum in illa recepta lectione est paulo impeditior; quam duritiem etiam in Catullo alias non valde mirer, tamen, accedens illa de sensu difficultas, proniorem me facit, vt corruptum locum credam. Nam oratio sic cohaeret: *Ipse Theseus — optavit* (i. e. maluit) *— proiicere, quam — sequi iam debebat alius infinitiuus, sinere, pati, permittere; sed,*

Auraque distinctos educit verna colores; 90  
 Non prius ex illo flagrantia declinavit  
 Lumina, quam cuncto concepit pectore flammam  
 Funditus, atque imis exarsit tota medullis,  
 Heu! misere exagitans immiti corde furores,  
 Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces; 95  
 Quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondosum,  
 Qualibus incensam iactastis mente puellam  
 Fluctibus, in flauo saepe hospite suspirantem!  
 Quantos illa tulit languenti corde timores!  
 Quantum saepe magis fulgore expalluit auri, 100  
 Quum saeuum cupiens contra contendere monstrum,  
 Aut mortem oppeteret Theseus, aut praemia laudis!

quia hoc ἐλλειπτικῶς omit-  
 titur, sensus necessario po-  
 stulat: *vt.* Sed hoc quoque  
 omittitur durissime; ac iam  
 oratio ita procedit: *Ipsae*  
*Theseus — optauit — proiice-*  
*re, quam — funera, ne — fu-*  
*nera portarentur.* Obsecro,  
 quid scopas dissolutas voca-  
 bimus, siquidem hae non  
 sunt? Itaque cogitabam ali-  
 quando, sic fortasse Catul-  
 lum scripsisse:

— — quam talia Cretam,  
 Cernere, Cecropidarum ut  
 funera portarentur, qua con-  
 iectura simul putabam effe-  
 cisse, ut versus etiam paulo  
 magis Catullianus existeret.  
 Sed nil quidquam definitio;  
 hoc mihi certum videtur,  
 maius aliquod vlcus in hoc

loco latere, quod sine co-  
 dicibus sanari non possit.  
 89. *Quales.* Comparat cum  
 his, non odores, non lectu-  
 lum, sed ipsam Ariadnes  
 innoxiam ac teneram aeta-  
 tem, q. d. *quae virgo tum-*  
*talis erat, quales.* 91. *de-*  
*clinavit Lumina.* Hinc du-  
 ctum haud dubie illud Vir-  
 gili, Aen. IV, 184. *nec dul-*  
*ci declinat lumina somno,*  
 et alibi. 95. *Sancte puer,*  
 Cupidinem alloquitur poë-  
 ta, et *sanctum* vocat, quia  
 Deus est. 96. *Golgos,* vr-  
 bem Cypri, quae veneri sacra  
 erat, vti tota insula. 102.  
*mortem oppeteret — aut*  
*praemia laudis.* Planius:  
 certum fixumque animo ha-  
 beret, aut mori, aut mon-

Non ingrata, (tamen frustra,) munuscula Diuis  
 Promittens, tacito suspendit vota labello.  
 Nam velut in summo quatientem brachia Tauro 105  
 Quercum, aut conigeram sudanti corpora pinum,  
 Indomitus turbo contorquens flamine robur  
 Eruit: illa procul radicitus exturbata  
 Prona cadit, lateque et cominus obuia frangens;  
 Sic domito saeuum prostrauit corpore Theseus, 110  
 Nequicquam vanis iactantem cornua ventis.  
 Inde pedem sospes multa cum laude reflexit,  
 Errabunda regens tenui vestigia filo:  
 Ne labyrintheis e flexibus egredientem  
 Tecti frustraretur inobseruabilis error, 115  
 Sed quid ego, a primo digressus carmine, plura  
 Commemorem? vt linquens genitoris filia voltum,  
 Vt consanguineae complexum, vt denique matris,  
 (Quae misera in gnata fleuit deperdita) laeta  
 Omnibus his Thesei dulcem praeferreret amorem? 120  
 Aut, vt vecta ratis spumosa ad litora Diae?  
 Aut, vt eam tristi deuinctam lumina somno  
 Liquerit immemori discedens pectore coniux?

strum vincere. 103. (*tamen frustra*) non eo, quod Theseus monstrum non vicerit, sed eatenus, quod effectibus huius victoriae caruit Ariadne, quum a Theseo deinde abducta, in insula desereretur. 104. *suspendit*. Verbum elegantissimum ad exprimendum timorem cum voto puellae coniunctum. 105. *Tauro*, Asiae

monte, seu iugo potius montium per totam paene Asiam porrectorum. 110. *saeuum*, Minotaurum. 111. *iactantem*, h. e. obiectantem ventis *vanis*, i. e. qui adiuuare ipsum non poterant, cum Theseo pugnantem. 118. *consanguineae*, Phaedrae, sororis, quae deinde ipsa Theseo nupsit. 119. *ingnata*. Haec verba equidem



Saepe illam perhibent ardenti corde furentem  
Clarifonas imo fudisse e pectore voces, 125

Ac tum praeruptos tristem conscendere montes,  
Vnde aciem in pelagi vastos protenderet aestus:

Tum tremuli salis aduersas procurrere in vndas,  
Mollia nudatae tollentem tegmina furae;  
Atque haec extremis moestam dixisse querelis, 130

Frigidulos vdo singultus ore cientem:

Siccine me patriis auectam, perfide, ab aris,

Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?

Siccine discedens, neglecto numine Diuum,

Immemor ah! deuota domum periuria portas? 135

Nullane res potuit crudelis flectere mentis

Consilium? tibi nulla fuit clementia praesto,

Immite vt nostri vellet mitescere pectus?

At non haec quondam nobis promissa dedisti

Voce: mihi non haec miserae sperare iubebas; 140

Sed connubia laeta, sed optatos hymenaeos:

Quae cuncta aërii discerpunt irrita venti.

Iam iam nulla viro iuranti femina credat,

Nulla viri speret sermones esse fideles:

Qui, dum aliquid cupiens animus praegestit apisci, 145

non tam coniungam cum  
*fleuit*, quam cum *deperdita*,  
i. e. quae hanc filiam plane  
deperibat. 131. *Frigidulos*,  
propter terrorem ac metum.  
Exquisitum sane epitheton  
h. l. de singultibus, qui,  
etiam sine tali causa, alias  
frigus intestinorum pro-  
dunt. v. infr. ad 249. 138.  
*mitescere*. Quidquid cel.

Doeringius et alii pro hac  
lectione dicant, mihi tamen  
propter illud *nostri* longe  
rectius videtur, quoniam est  
simplicius, *mitescere*; du-  
rissima enim est illa ellipsis  
*et ergo s. gratia*, aut illa  
constructio: *immite pectus*  
*nostri*, pro *erga nos*. 140.  
*mibi — miserae*. Neminem  
hic datiuus turbet; non

Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt,  
 Sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,  
 Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.  
 Certe ego te in medio versantem turbine leti  
 Eripui, et potius germanum amittere creui, 150  
 Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem.  
 Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque  
 Praeda, neque iniectâ tumulabor mortua terrâ.  
 Quaenam te genuit solâ sub rupe leaena?  
 Quod mare conceptum spumantibus exspuit vndis? 155  
 Quae Syrtis, quae Scylla vorax, quae vasta Charybdis,  
 Talia qui reddis pro dulci praemia vita?  
 Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,  
 Saeua quod horrebas prisci praecepta parentis;  
 Attamen in vestras potuisti ducere sedes, 160  
 Quae tibi iucundo famularer serua labore,  
 Candida permulcens liquidis vestigia lymphis,  
 Purpureave tuum consternens veste cubile.  
 Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris,  
 Externata malo, quae nullis sensibus auctae 165  
 Nec missas audire queunt, nec reddere voces?  
 Ille autem prope iam mediis versatur in vndis,  
 Nec quisquam apparet vacua mortalis in alga.  
 Sic nimis insultans extremo tempore saeva

enim pendet, a *iubetur*, sed *nas'* promissionum suarum,  
 a *sperare*, quod h. l. pro si iis non steterint. 150.  
*timere* ponitur, nota ironia. 148. *metuere*, i. e. solent metuere, vt Graecorum Aoristi, ἐφοβήθησαν: *germanum*, Minotaurum fratrem, *creui* decreui, simplex pro composito. 151.  
*dicta*, i. e. effectus et periculosissimo. 157. *pro* →

Fors etiam nostris inuidit questibus aures. 170

Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo

Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes;

Indomito nec dira ferens stipendia tauro

Perfidus in Cretam religasset nauita funem:

Nec malus hic, celans dulci crudelia forma 175

Consilia, in nostris requiesset sedibus hospes!

Nam quo me referam? quali spe perdita nitar?

Idomeniosque petam montes? at gurgite lato

Discernens ponti truculentum diuidit aequor.

An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui, 180

Respersum iuuenem fraterna caede sequuta?

Coniugis an fido consolet memet amore,

Quine fugit, lentos incuruans gurgite remos?

Praeterea litus, nullo sola insula tecto;

Nec patet egressus, pelagi cingentibus undis. 185

Nulla fugae ratio, nulla spes: omnia muta,

Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.

Non tamen ante mihi languescant lumina morte,

Nec prius a fesso secedent corpore sensus,

Quum iustam a Diuis exposcam prodita multam, 190

*vita? vitae conseruatione,*  
174. *perfidus* — *nauita* est  
ipse Theseus, quem *stipen-*  
*dia indomito tauro*, i. e. tri-  
butum septenorum homi-  
num Minotauro, monstro,  
quotannis offerre debuisse  
dicit. 178. *Idomeniosne* —  
*montes*. *Idomenios* h. l. te-  
trasyllabum est, et ab vrbe  
Idomena, in finibus Thra-  
ciae sita, et ab Idomeneo,

Cretensium duae, condita,  
deriuatur. Sed, quum ma-  
nifeste de patria Ariadne  
loquatur, ut sequentia do-  
cent, longe simplicior mihi  
videtur ea lectio, quae  
*Idaeosne* exhibet 180. *quem-*  
*ne*: plenius esset, *eiusne*, sc.  
patris, *quem*, ut statim v.  
183. *quine* breuius dicitur,  
pro *eiusne* sc. coniugis, *quæ*  
etc. 184. *sola insula*, i. e.

Caelestumque fidem postremâ comprecet horâ.  
 Quare facta virum multantes vindice poena,  
 Eumenides, quibus anguino redimita capillo  
 Frons expirantis praeportat pectoris iras,  
 Huc, huc aduentate, meas audite querelas, 195  
 Quas ego, vae miserae! extremis proferre medullis  
 Cogor inops, ardens amenti caeca furore.  
 Quae quoniam vere nascuntur pectore ab imo,  
 Vos nolite pati nostrum vanescere luctum:  
 Sed quali solam Theseus me mente reliquit, 200  
 Tali mente, Deae, funestet seque suosque.

Has postquam moesto profudit pectore voces,  
 Supplicium saevis exposcens anxia factis:  
 Adnuit inuicto coelestum numine rector,  
 Quo tunc et tellus, atque horrida contremuerunt 205  
 Aequora, concussitque micantia sidera mundus.  
 Ipse autem caeca mentem caligine Theseus

desolata, in qua domos nul-  
 las video. 192. *facta*, sim-  
 pliciter; *pro male facta*, *cru-*  
*deliter facta*, in partem de-  
 teriorem. 194. *praeportat*,  
 vox paulo insolentior, *ante*  
*se portat*, primo statim ad-  
 spectu prodit. 203. *saevis*  
 — *factis*, ornatè pro The-  
 seo, qui tam saeue cum ipsa  
 egerat. 204 - 206. Ergo  
 caelesti quodam signo ac  
 prodigio Ariadnae Iupiter  
 significavit, se eius preces  
 ratas habuisse. Non igitur  
 est generalis quaedam ma-  
 iestatis eius descriptio, qua-  
 lis apud Homerum et alios

saepe occurrit, quod vel vna  
 particula *tunc*, eiusque po-  
 situs satis indicat. 207. 199.  
 Quoniam 1) his versibus di-  
 serte omnia Thesei obli-  
 vioni, non sceleri ac per-  
 fidiae tribuuntur, 2) infra  
 etiam Aegei, patris in-  
 teritus a poeta pariter ob-  
 livioni tribuitur, v. 248.  
 249. denique 3) quater *im-*  
*memorem* poeta Theseum,  
 de eadem fuga eius loquens,  
 vocat, v. 58. 123. 135. 249.  
 quod non facile sine causa  
 factum, quisquam dixerit,  
 mihi non improbabilis vi-  
 detur Mureti sententia, qui

Confitus, oblito dimisit pectore cuncta,  
 Quae mandata prius constanti mente tenebat:  
 Dulcia nec moesto sustollens signa parenti, 1210  
 Sospitem et ereptum se ostendit visere portum.  
 Namque ferunt, olim classi quum moenia Diuae  
 Linquentem gnatum ventis concrederet Aegeus,  
 Talia complexum iuueni mandata dedisse:  
 Gnate, mihi longa iucundior vnice vita, 215  
 Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,  
 Reddite in extremae nuper mihi sine senectae,  
 Quandoquidem fortuna mea, ac tua feruida virtus  
 Eripit inuito mihi te, quoi languida nondum  
 Lumina sunt gnati cara saturata figura: 220  
 Non ego te gaudens laetanti pectore mittam,  
 Nec te ferre finam Fortunae signa secundae:  
 Sed primum multas expromam mente querelas,  
 Canitiem terra, atque infuso puluere foedans:  
 Inde infecta vago suspendam lintea malo, 225

in notis ad V. 58 huius  
 carminis, existimat, Catul-  
 lum eos hic sequi, qui The-  
 seum non perfidia, aut in-  
 grato animo, sed Bacchi nu-  
 mine impullum, seu potius  
 obliuiofum redditum, et Ari-  
 adnen deseruisse, et nigra  
 vela in reditu ad patrem  
 nauis obtendisse, dicant. 211.  
*ereptum* e Minotauri fauci-  
 bus et Labyrintho. 212.  
*classi*, sextus casus est, non  
 tertius, et pro *vna nave*,  
 vt supra v. 53. ponitur.  
 Aliam significationem, mul-

to etiam rariorem, qua vox  
 haec de terrestri exercitu,  
 atque adeo de equitibus ad-  
 hibetur, v. apud Virgilium,  
 Aen. 2, 30. et 7, 715. 16.  
 etiam apud Liuium (de quo-  
 rundam sententia) L. 4,  
 34. 217. *Reddite — sene-  
 ctae*. Fertur enim Theseus  
 apud auum maternum, Pit-  
 theum, vsque ad iuuenilem  
 aetatem educatus fuisse.  
 225. *Inde*, h. e. ex hoc ni-  
 gro terrae et pulueris co-  
 lore, luctus mei signo. *vagus*  
 malus h. l. dicitur non pe-

B

Nostros vt luctus, nostraeque incendia mentis,  
 Carbasus obscura dicat ferrugine Ibera.  
 Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,  
 Quae nostrum genus ac sedes defendere fretis  
 Adnuit, vt tauri respergas sanguine dextram: 230  
 Tum vero facito, vt memori tibi condita corde  
 Haec vigeant mandata, nec vlla oblitteret aetas,  
 Vt, simul ac nostros inuisent lumina colles,  
 Funestam antennae deponant vndique vestem,  
 Candidaque intorti sustollant vela rudentes: 235  
 Lucida qua splendent summi carchesia mali,  
 Quam primum cernens vt laetâ gaudia mente  
 Agnoscam, quum te reducem aetas prospera sistet.  
 Haec mandata prius constanti mente tenentem  
 Thesea, ceu pulsae ventorum flamine nubes 240  
 Aerium niuei montis, liquere, cacumen.  
 At pater, vt summa prospectum ex arce petebat,  
 Anxia in assiduos absumens lumina fletus:

se; firmus enim stat; sed  
 quatenus pars est nauis,  
 quae mare peruagatur. 227.  
*Carbasus* — *Hibera*; *Hibe-*  
*ra* est casus rectus, et ad  
*carbasum* refertur, idem  
 quod *Hispanica*; *dicat*, i. e.  
 prodat, indicet. 228. *incola*  
*Itoni*, Minerua, quae Itoni,  
 seu Itonae, vrbe Thessaliae,  
 imprimis colebatur. 233.  
*lumina*, oculi tui. 234. 35.  
 Duo versus, mira quadam  
 concinnitate conspicui. *Fu-*  
*nesta vestis*, est velum ni-  
 grum, tropo elegantissimo.

236. *carchesia*, pars mali  
 suprema, seu foramen, per  
 quod funes ducuntur. Ce-  
 terum totus hic versus ab-  
 est a libris veteribus, nec  
 modo facile abesse potest,  
 verum etiam admodum fri-  
 gere videtur; quis enim fo-  
 ramen *splendere* dixerit, et  
 quidem *lucidum*? nisi forte,  
 de ferro, aut metallo, quo  
 obducta erant, intelligas,  
 quod fecit cel. Doeringius.  
 238. *aetas prospera*, vni-  
 uerse pro tempore, die, lu-  
 ce. 239. *mandata*. Haec vox

Quum primum inflati conspexit lintea veli,  
 Praecipitem sese scopulorum e vertice iecit, 245  
 Amissum credens immiti Thesea fato.  
 Sic funesta domus ingressus tecta paterna  
 Morte, ferox Theseus, qualem Minoidi luctum  
 Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.  
 Quae tum prospectans cedentem moesta carinam, 250  
 Multiplices animo voluebat faucia curas.

At parte ex alia florens volitabat Iacchus,  
 Cum thiaso Satyrorum, et Nysigenis Silenis,  
 Te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore:  
 Qui tum alacres passim lymphata mente furebant, 255  
 Euae bacchantes, euae capita inflectentes.

respectum habet duplicem, alium ad *tenentem*, ibi quartus casus est; alium ad *liquere*, ibi recti vicem habet. 248. *Ferox*. Cur *ferox*? Equidem hanc de summo tristitiae gradu explicem, quo quis mentis suae vix compos est; et cum ea iungam, *paterna morte*, ut causam ferociae, non, ut alii, cum *funesta tecta*; quamquam et hoc ferri potest. 250. 51. Hos duo versus non capio de narratione rei *gestae*, sed de enarratione *depictae*, quod. Huius igitur Thesei abeuntem nauem Ariadne prospicere videbatur in veste purpurea magna cum sollicitudine. 252. *At parte ex alia* intell. vestis stragulae, in nuptiis Pelei ac The-

tidis expansae. Sequitur enim iam fabulae istius altera pars ac veluti appendix, narratio de reperta per Bacchum Ariadne; quae tamen multo breuius a poeta expedita est, ne addito quidem euentu; quo neque opus erat in hoc carmine, ubi tantum narrare volebat, quid et quantum in illa veste stragula nuptiali depictum esset. conf. infra not. ad Tibulli Mess. v. 50 sqq. 252. *florens volitabat*, florens iuuenili decore, circumuagabatur. 253. *thiaso*, choro saltantium. *Nysigenis*, a Nyssa dictis, Indiae metropoli, quam Bacchus viceerat, et unde *Nysaeus* toties appellatur. 256. *capita inflectentes*, i. e. mirabili ge-

Horum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos;  
 Pars e diuolso raptabant membra iuueno;  
 Pars sese tortis serpentibus incingebant;  
 Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis, 260  
 Orgia, quae frustra cupiunt audire profani:  
 Plangebant alii proceris tympana palmis,  
 Aut tereti tenues tinnitûs aere ciebant:  
 Multis raucifonos efflabant cornua bombos,  
 Barbaraque horribili stridebat tibia cantu. 265

Talibus amplifice vestis decorata figuris  
 Puluinar complexa suo velabat amictu.  
 Quae postquam cupide spectando Thessala pubes  
 Expleta est, sanctis coepit decedere Diuis.  
 Hic, qualis flatu placidum mare matutino 270  
 Horrificans Zephyrus procliuas incitat vndas,  
 Aurora exoriente, vagi sub lumina solis;  
 Quae tarde primum clementi flamine pulsae  
 Procedunt, leni resonant plangore cachinni:  
 Post, vento crescente, magis magis increbescunt, 275  
 Purpureaque procul nantes a luce refulgent:  
 Sic tum vestibuli linquentes regia tecta,

sticulatione furiosos imitan-  
 do. 263. *tereti - aere*, cym-  
 balis oblongis. 264. *Multis-*  
*efflabant cornua*, magis poë-  
 ticum; pro: *multi cornua*  
*rauca inflabant*. 266. *Tali-*  
*bus*, h. e. quas modo de-  
 scripsi, et pluribus eiusmodi,  
 quas nunc non vacat  
 describere. Redit enim poë-  
 ta e diuerticulo paulo lon-  
 giori tandem in viam, ad

describenda ipsa nuptiarum  
 sollemnia. 268. *Thessala*  
*pubes*, in Thessalia enim  
 celebrata haec esse sollem-  
 nia, supra dixerat, v. 32.  
 33. 269. *decedere diuis*,  
 tanquam spectatores inuti-  
 les conuiuis honoratioribus  
 locum fecere, ut quotidie  
 adhuc in tali re etiam apud  
 priuatos fieri solet. 270 -  
 76. *Hic qualis*, valde poë-



Ad se quisque vago passim pede discedebant.  
 Quorum post abitum, princeps e vertice Pelii  
 Aduenit Chiron, portans siluestria dona. 280  
 Nam quodcunque ferunt campi, quos Theffala magnis  
 Montibus ora creat, quos propter fluminis vndas  
 Aura parit flores, tepidi fecunda Fauoni,  
 Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,  
 Queis permulsa domus iucundo risit odore. 285  
 Confestim Peneos adest, viridantia Tempe,  
 Tempe, quae filuae cingunt superimpedentes,  
 Mnemonidum, linquens, doctis celebranda choreis,  
 Non vacuus. Namque ille tulit radicitus altas  
 Fagos, ac recto proceras stipite laurus, 290  
 Non sine nutanti platano, lentaque sorore  
 Flammati Phaëthontis, et aëria cupressu.  
 Haec circum sedes late contexta locauit,  
 Vestibulum vt molli velatum fronde vireret.  
 Post hunc consequitur sollerti corde Prometheus, 295

rica comparatio, tropis quo-  
 que audacibus plena, v. c.  
*clemens flumen, vndarum*  
*cachinnus, nantes aquae* etc.  
 278. *Ad se*, i. e. domum  
 suam, *πρὸς ἑαυτῆς*. 279. *Pe-*  
*lii*, *διουλλάβως* pronunci-  
 andum, vt vltima syllaba,  
 cum prima versus sequentis  
 iungenda est, vt sit versus  
 hypermeter. 280. *Siluestria*  
*dona*, h. e. tenuia, quae  
 ruri colentem decebant.  
 Plane sic Statius Achill. I,  
 125, dicit eum Thetidem

*pauperibus tectis* induxisse,  
 288 - 89. De lectione horum  
 versus, eiusque difficul-  
 tatibus, parum solliciti, et  
 sanum simplicemque poëtae  
 sensum, qui inest, posuisse  
 contenti, Doeringianam re-  
 censionem, sicuti erat, se-  
 cuti sumus. *Radicitus al-*  
*tas* est, vna cum ipsis radi-  
 cibus sc. euulsas. 291. 92.  
*lenta - Phaëthontis*, populo  
 vel orno, in quod arborum  
 genus huius adolescentis  
 sorores mutatae fuisse di-

Extenuata gerens veteris vestigia poenae;  
 Quam quondam, filici restrictus membra catena,  
 Perfoluit, pendens e verticibus praeruptis.  
 Inde pater Diuum, sancta cum coniuge natisque,  
 Aduenit coelo, te solum, Phoebe, relinquens, 300  
 Vnigenamque simul cultricem montibus Idri:  
 Pelea nam tecum pariter soror aspernata est,  
 Nec Thetidis taedas voluit celebrare iugales.

Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus,  
 Large multiplici constructae sunt dape mensae. 305  
 Quum interea infirmo quatientes corpora motu,  
 Veridicos Parcae coeperunt edere cantus.  
 His corpus tremulum complectens vndique quercus,  
 Candida purpurea quam Tyro incinxerat ora:  
 At roseo niueae residebant vertice vittae, 310

cuntur. 296. *Extenuata-poenae.* *Extenuata* sunt exigua, quae indies magis obscurantur. 298. *filici restrictus*, h. e. rupi, Caucaso, auigatus. 299. *natisque*, i. e. Diis caeteris, praeter Dianam et Apollinem omnibus, qui maximam partem ab ipso Ioue erant geniti. 301. *vnigenam*, h. e. simul natam gemellam, quae in monte Cariae, Idro, saepius venabatur, eum incolebat. 302. 303. Quaeritur, cur hi duo Pelei nuptiis interesse noluerint? Causam valde probabilem commemorat Murerus, quod praeuiderit Apollo, ex hoc matrimonio oriturum Achillem, ab ipso aliquando interficien-

dum. 304 *flexerunt sedibus*, ad sedilia deflexerunt. 306. *infirmo*, huius vocis simplicissima interpretatio est, quod Parcae a poetis, vt anus, plerumque describuntur. Ea confirmatur in super v. 308. per *corpus tremulum*. Pelei autem nuptiis, quod aliquis alioqui miretur, ideo interfunt, quod in vicinia Thessaliae habitabant. 308. *Quercum*, intelligo non veram, sed eius figuram in veste acu depictam. 310 *At roseo niueae*, At Parcas *anús* fuisse, modo audiebamus. Vnde igitur *vertex roseus*? Equidem hic audacter: *roseae niueo*, legerim, nec placet mihi Doeringii obseruatio, alias

Aeternumque manus carpebant rite laborem,  
 Laeva colum molli lana retinebat amictam:  
 Dexterâ tum leuiter deducens fila supinis  
 Formabat digitis: tum prono in pollice torquens  
 Libratum tereti versabat turbine fufum: 315  
 Atque ita decerpens aequabat semper opus dens,  
 Laneaque aridulis haerebant morfa labellis,  
 Quae prius in laeui fuerant extantia filo.  
 Ante pedes autem candentis mollia lanae  
 Vellera virgati custodibant calathisci. 320  
 Haec tum clarifona pellentes vellera voce,  
 Talia diuino fuderunt carmine fata,  
 Carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas:  
 O decus eximium magnis virtutibus augens,  
 Emathiae tutamen opis, clarissime nato; 325  
 Accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores,  
 Veridicum oraculum: sed vos, quae fata sequuntur,

longe verissima, de epithetorum binorum apud poëtas permutatione, quae est profecto longe frequentissima. Quis tamen eam ferat eiusmodi in loco, vbi plane repugnantem rebus aut personis, de quibus agitur, imaginem suppeditaret? Hoc certe loco mihi longe maior esse audacia videtur, hanc obseruationem adhibere durissime, quam textum, vel de coniectura, corrigere. 311. *Aeternumque laborem*, h. e. fata hominum nendi, qui ideo *aeternus* appellatur, quod fata

sunt immutabilia. 312-20. Huius loci inimitabilem pulchritudinem iam in prooemio laudavi. 321. *pellentes*, tropicum pro *trahentes*, dum *trahunt*, inde ductum, quod, qui celeriter ac diligenter opus aliquod faciunt, singulas eius partes absolutas, veluti post se reiiciunt, et ad alias properant. 323. *perfidiae*, mendacii. 324. Sequitur carmen, quod versus habet intercalares, quos vocant, qui poëtarum mos vel pueris ex Theocrito, et Virgiliū Eclogis notus est: *Du-*

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.  
 Adueniet tibi iam portans optata maritis  
 Hesperus: adueniet fausto cum fidere coniux, 330  
 Quae tibi flexanimo mentem perfundat amore,  
 Languidulosque paret tecum coniungere somnos,  
 Leuia substernens robusto brachia collo.  
 Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.  
 Nulla domus tales vnquam contexit amores; 335  
 Nullus amor tali coniunxit foedere amantes,  
 Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.  
 Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.  
 Nascetur vobis expers terroris Achilles,  
 Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus: 340  
 Qui, persaepe vago victor certamine cursus,  
 Flammea praeuertet celeris vestigia ceruae.  
 Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.  
 Non illi quisquam bello se conferet heros,  
 Quum Phrygii Teucro manabunt sanguine riui: 345  
 Troïaque obsidens longinquo moenia bello  
 Periuri Pelopis vastabit tertius heres.  
 Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.  
 Illius egregias virtutes claraque facta

*cite ab vrbe d. mum, etc. 328.* Sensus versus intercalaris, duodecies hoc loco recurrentis, poëtice expressus, hic est: Parcae colum, atque fufum adeo, alloquuntur, vt quam celerrime fila fatorum deducant, i. e. vt fata Achillis quam citissimè eius parentibus ac reliquis conuiuis aperiant. Caeterum *currere* videtur h. l. *actiue* poni, pro: *currere facite* fata, quae vos sequuntur. 341. *vago*, equidem malim legere *vagi*, quod est elegantius; sed nihil tamen mutò. 345. *Phrygii-riui*, non de Xantho praecise intelligam, vt cl. Doeringius, vt Catullus ad notissimam illam de pugna Achillis cum hoc

Saepe fatebuntur gnatorum in funere matres; 350

Quum in cinerem canos soluent a vertice crines,

Putridaque infirmis variabunt pectora palmis.

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Namque velut densas prosternens cultor aristas,

Sole sub ardenti flauentia demetit arua: 355

Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Testis erit magnis virtutibus vnda Scamandri,

Quae passim rapido diffunditur Hellesponto:

Quoius iter caesis angustans corporum aceruis, 360

Alta tepefaciet permista flumine caede.

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Denique testis erit morti quoque dedita praeda:

Quum teres excelso coaceruatum aggere bustum

Excipiet niueos perculsae virginis artus. 365

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Nam simul ac fessis dederit fors copiam Achiuis

Vrbis Dardaniae Neptunia soluere vincla:

Alta Polyxenia madefient caede sepulcra;

Quae, velut ancipiti succumbens victima ferro, 370

fluuio fabulam videatur al-  
ludere; neque enim *riuus*  
hic fuit, sed amnis ingens;  
sed vniuersam modo ali-  
quam viri fortissimi descri-  
ptionem, a poëta hic posi-  
tam esse puto. 347. *tertius*  
*beres*, Agamemnon, sum-  
mus dux Graeci exercitus,  
Pelopis pronepos. 351. *in*  
*cinerem - crines*, h. e. capil-  
lorum nodos soluent, vt

eos filiorum caesorum ci-  
neribus spargant. Etiam *in-*  
*firmis* et *putrida* epitheta  
sunt, vetulis aptissima. 360  
*Quoius* Hellesponti sc. *cae-*  
*sis*, exquisitius pro *cae-*  
*sorum*; nam ad *corporum*  
pertinet. 364. 65. *teres-bu-*  
*stum*, i. e. oblongum, vt por-  
rectum *virginis*, Polyxenae,  
cadauer capiat. 368. *Neptu-*  
*nia-vincla*, intelliguntur

Proiciet truncum, submisso poplite, corpus.

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Quare agite, optatos animi coniungite amores;

Accipiat coniux felici foedere Diuam:

Dedatur cupido iamdudum nupta marito.

375

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Non illam nutrix orienti luce reuifens

Hesterno collum poterit circumdare filo.

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Anxia nec mater, discordis moesta puellae

380

Secubitu, caros mittet sperare nepotes.

Currite, ducentes subtemina, currite, fusi.

Talia profantes quondam, felicia Pelei

Carmina diuino cecinerunt omine Parcae.

Praesentes namque ante domos inuisere castas

385

Saepius, et sese mortali ostendere coetu,

Coelicolae, nondum spreta pietate, solebant.

Saepe pater Diuûm templo in fulgente reuifens,

Annua quum festis venissent sacra diebus,

Conspexit terra centum procurrere currus.

390

Saepe vagus Liber Parnassi vertice summo

Thyadas effusis euantes crinibus egit:

Quum Delphi tota certatim ex vrbe ruentes

muri, Laomedontis pacto, a Neptuno et Apolline exstructi et compaginati. 377-78. Tangitur superstitiosa quaedam et anilis veterum opinio, qua credebant, collum nuptarum altero nuptiarum die esse oportere paulo tumentius, 381. *mittet*, omit-

ter, desinet. 383. *profantes* praedicentes, vaticinantes. 385. *namque*. Hoc namque, quod epilogum reliquo carmini annectit, de industria a poëta insertum est, quasi dicat: Ne quis forte hanc paene incredibilem narrationem meam miretur scien-

Acciperent laeti Diuūm fumantibus aris.  
 Saepe in letifero belli certamine Mauors, 395  
 Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusia virgo  
 Armatas hominum est praesens hortata cateruas,  
 Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,  
 Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt:  
 Perfudere manus fraterno sanguine fratres: 400  
 Destitit extinctos natus lugere parentes:  
 Optauit genitor primaevi funera gnati,  
 Liber vt innuptae poteretur flore nouercae:  
 Ignaro mater substernens se impia nato,  
 Impia non verita est Diuos scelerare Penates: 405  
 Omnia fanda, nefanda, malo permista furore,  
 Iustificam nobis mentem auertere Deorum.  
 Quare nec tales dignantur visere coetus,  
 Nec se contingi patiuntur lumine claro.

dum est, olim Deos non pu-  
 duisse etc. 396. *Tritonis he-*  
*ra*, Minerua, a Tritone,  
 Boeotiae fluuio, vel Trito-  
 nide, Africae lacu, sic dicta.  
 Prior nominis origo h. l.  
 propter epitheton *rapidi*  
 est verisimilior. *Rhamnusia*  
*virgo* Astraea seu Nemesis.  
 401. *potiretur*. Haud dubie  
 propter metrum legendum  
 est: *potiretur*, vt etiam apud  
 Valerium Flaccum Argon.  
 VII, 54. 404. *ignaro*, haec  
 vox auget matris scelus in-  
 signiter. Omnino tota haec  
 poëtica periodus est orna-  
 tissima. 407. *Iustificam-men-*  
*tem*, ornate pro beneuolen-  
 tiam, quae vnicuique vel-

let quam plurimum boni  
 tribuere, modo per eius  
 mores liceret. 409. *contingi*  
*lumine claro*, h. e. nudis ocu-  
 lis cerni. Caeterum mihi  
 incredibilem in modum fri-  
 get tam egregii carminis  
 tam misera clausula, quasi  
 eam tiro aliquis decennis  
 adscripsisset, isque anxius,  
 quo modo vltimum versi-  
 culum compleret. Itaque  
 facile assentior Doeringio,  
 qui, haud dubie eodem, quo  
 ego, aurium iudicio motus,  
 legi volebat: *lumine claros*.  
 Vna profecto litterula ad-  
 dita totum versum veluti ad  
 honorem pristinum redu-  
 cit.

PROOEMIUM  
in Messallam Tibulli.

**H**unc ingenii poetici foetum, etsi lubens fateor, inter eos, qui hic collecti sunt, ultimum suo merito locum occupare, tamen partim propter argumenti, quod totum in laudando versatur, similitudinem, partim propter loca quaedam singula et versus singulos, quibus haud parum artis et ornatus inest, caeteris adiciendum putavi.

Vtrum ab ipso Tibullo, an a paulo recentioris aetatis homine scholastico profectus sit, quod multi suspicantur, incertum est; in utramque enim partem probabiliter disputari quaedam possunt. Ne Heynius quidem Illustris, doctissimus Tibulli editor ac diligentissimus, certi quidquam definire ausus est; quanquam in eam sententiam videtur pronior, quae carmen illi abiudicat. Ego vero, quanquam et ipse adhuc dubius haereo, tamen his potissimum de causis Tibullo potius ipsi, quam alii cuiquam, carmen tribuendum putem: Primum omnes libri ipsum auctorem agnoscunt carminis, et quidem eius carminis, quod non seorsim exstat, aut appendicis loco caeteris adicitur, seu assuitur potius, (quo pacto talia sexcenta perperam bonis scriptoribus obtrusa esse constat) sed in medio opere et in fronte Libri quarti apparet, quem in locum vix videtur ab imperito vel nasuto aliquo librario intrudi impune potuisse. Deinde nihil est in toto opusculo, quod non cum caeteris poetae carminibus probe consentiat, quin adeo vitam eius et historiam, aliunde cognitam, vel illustret, vel ab ea vicissim illustretur. Porro, si semel a Tibullo discesserimus, cui saeculo vel aetati recentiori commode assignabimus? Aut, si quem argenteae vel aeneae aetatis (infra has enim vix licebit descendere) hominem obscurum huius carminis auctorem faciamus; causam non video, primum, quare is sibi non tam Augustum ipsum, aut Vespasianum, aut Traianum, aut denique Antoninum delegerit, in quibus laudandis plus materiae ad ostentandam ingenii copiam ac vim fuerat habiturus, quam Messallam, satis magnum



quidem ac bonum virum, sed tamen Consularem tantum, et cuius virtutes ac res gestae non ita, ut illorum ac similitum, per se exsplendescerent, sed aliquo demum studio ex Annalibus et monumentis historicis essent conquirendae; deinde, quare Hexametro versusum genere Tibullum fuerit mentitus, quem sciebat, Elegiaco potius, eoque solo, inclaruisse? Si quis denique ineptas illas de Ulyssis erroribus, et de quinque zonis digressiones mihi obiiciat; nihil sane possum respondere, nisi, quod ipse Ill. Heynius respondit, adolescenti Tibullo hoc carmen excidisse, idemque docere, quod alia tot exempla abunde iam doceant, saepius unum eundemque artificem in diverso operum genere sui esse dissimillimum, in alio principem, in alio rursus vix infantem. Tibullum natura ad Elegorum mollietatem totum finxerat; sed quum, vel per iuuenilem audaciam, vel, quod prius illud de se nondum credebat, heroici carminis nervos vellet experiri, spe sua deiectus, infelicis Icarum fatum experiebatur. Neque tamen hoc impedit, quo minus loca carminis singula sint pulcherrima, e quibus adolescentes proficere ad ingenium acuendum et formandum quam plurimum possint.

Vt cunque tandem se res habeat; neque enim vel ego pertinaciter sententiae meae inhaeserim; ordo certe carminis hic fere est: Exordium ab ingenii tenuitate auctor sumit, (v. 1 — 27.) Tractatio laudes Messallae primum uniuerse decantat, (v. 28 — 39) deinde singulatim eum laudat 1) ut virum eloquentem, (v. 40 — 81.) ubi eum cum Nestore et Ulyssae comparat, quorum illum duobus modo versiculis (50. 51.) tangit, hunc autem longa digressionem celebrat. (v. 52 — 81.) 2) ut egregium bellatorem, propter a) scientiam rei militaris, (v. 82 — 105.) b) res gestas (v. 106 — 118.) Tum ei consulatum gratulatur, et maiora in posterum ab ipso gestum iri, auguratur. (v. 119 — 176.) Hic rursus digressionem de quinque zonis caeli auctor inserit, (v. 151 — 174.) Epilogus iterum poetae tenuitatem excusat, fortunae autem iniquitatem accusat, (v. 177 — 189.) sed nihilo minus perpetuum Messallae cultum ac reuerentiam pollicetur. (v. 190 — 210.)

## ALBII TIBULLI

## Panegyricus ad Messallam.

**T**e, Messalla, canam: quamquam me cognita virtus  
 Terret, vt infirmae nequeant subsistere vires:  
 Incipiam tamen. At meritas si carmina laudes  
 Deficiant, humilis tantis sim conditor actis:  
 Nec tua, praeter te, chartis intexere quisquam **5**  
 Facta queat, dictis vt non maiora supersint;  
 Est nobis voluisse satis, nec munera parua  
 Respueris; etiam Phoebos gratissima dona  
 Cres tulit, et cunctis Baccho iucundior hospes

1. *Te, Messalla, canam.* Satis profecto dignum vel excellentissimo poemate heroico, ac vel ipsa simplici breuitate sublime, carminis initium, si modo sequentia satis responderent. *cognita virtus*, Messallae virtutes, mihi probe perspectae. 2. *terret, vt* etc. Paulo insolentius *terreo* h. l. construitur, vt Timendi verba. Sensus est: *virtus* tua facit me *vereri*, vt tanto operi seu oneri par sim. 3. *At meritas* — *voluisse satis* etc. Ac mihi quidem sententiam melius videtur connectere. Ante *humilis* copula et supplenda est. 9. *Cres tulit.* Haud dubie enallage numeri, pro: *Cretenses tulerunt.* Alludere poeta videtur ad fabulam de Apolline, qui, Pythone serpente occiso, quum sibi templum condidisset, ex omnibus terris aliis solos Cretenses, ex urbe Gnosso oriundos, sacerdotes sibi delegit, quae copiose narrantur ab Homero, Hymno in Apoll. v. 382. sqq. *et cunctis* — *Icarus.* *Hospes* h. l. est *der Wirth.* Fertur enim aliquando Bacchum hospitio excepisse, qui ei virem vini, praemii loco, donauit. Cuius beneficii, tum adhuc parum cogniti, quum pastores aliquot vicinos participes fecisset, hi venenum, rati, ab eo accepisse, infontem occisum in puteum abiiciunt. Canis eius, Moera, Erigonen, ipsius filiam, latratu suo eo deducit; quae, cognito parentis casu, ibidem se sus-

Icarus, vt puro testantur fidera coelo, 10  
 Erigoneque, Canisque, neget ne longior aetas.  
 Quin etiam Alcides deus, adscensurus Olympum,  
 Laeta Molorcheis posuit vestigia tectis,  
 Paruaque coelestes pacavit mica, nec illis  
 Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. 15  
 Hic quoque fit gratus parvus labor, vt tibi possim  
 Inde alios aliosque memor componere versus.

pendit. Omnes tres deinde Bacchus, grati animi causa, inter fidera retulit, sub Arcturi, Virginis, et Caniculae nominibus. Haec vltima fabulae pars est, quam poeta h. l. maxime respexit. Caeterum fabulam omnem, cum varietate narrationum poetarum copiose narrat Hyginus Astronom. Lib. II. c. 4. 11. *neget — aetas*. Sensus verborum paulo obscurior videtur esse hic: Ideo Bacchus illos tres tanto beneficio affecit, vt ne posteri vel negent vel dubitent, etiam infimos homines Diis acceptos esse, idque donis leuissimis, fieri posse. 13. *Laeta Molorcheis*. Hercules, leonem Cleonaeum occisurus, ad Molorchum vinitorem deuertit, nec minus apud eum hilaris fuit, quam apud regem aut principem aliquem. *Laeta vestigia posuit*, exquisite, pro laetus diuertit. — *pacavit*, aogi-

*sws*, pro *pacare*, i. e. conciliare, solet; aut saepe subaudiendum; *mica* salis vel thuris in sacris faciendis. — 16. 17. Sane hi duo versus adeo sunt ieiuni, vt vel tironem dedeant. Idem Heynius notauit, sed aequum est, iuuenibus non minus vitiorum, quam virtutum poetae fontes distinctius indicare. Primum *gratus parvus* insignem cacophoniam efficiunt. Deinde qualis connexio: *Opto, laborem meum tibi gratum esse, ideo, ut nouos versus possim componere?* Si ita dixisset: *Opto tibi hoc labore placere, vt deuo cupiam versus facere*, h. e. vt assensus tuus mihi nouos versus eliciat; aliquid videretur dixisse; quanquam vel sic ambigue locutus est; nam *tibi versus componere*, possit etiam intelligi, *tuo nomine versus facere*, ideoque potius dicendum erat: *te rursus canere*. Nunc vix sanus sen-

Alter dicat opus magni mirabile mundi,  
 Qualis in immenso defederit aëre tellus,  
 Qualis et in curuum pontus confluxerit orbem; 20  
 Et vagus a terris qua surgere nititur aër,  
 Hûic vt contextus passim fluat ignibus aether,  
 Pendentique super claudantur vt omnia coelo,  
 At quodcunque meae poterunt audere Camoenae,  
 Seu tibi par poterunt, sed, quod spes abnuit, vltra, 25  
 Siue minus, certeque canent minus, omne vouemus  
 Hoc tibi, nec tanto careat mihi nomine charta.

Nam, quamquam antiquae gentis superant tibi laudes,  
 Non tua maiorum contenta est gloria famâ,  
 Nec quaeris, quid quaque index sub imagine dicat, 30  
 Sed generis priscos contendis vincere honores,  
 Quam tibi maiores, maius decus ipse futuris.  
 At tua non titulus capiet sub stemmate facta,  
 Aeterno sed erunt tibi magna volumina versu,  
 Conuenientque tuas cupidi componere laudes 35  
 Vndique, quique canent vincto pede, quique soluto;

ius duobus inest versibus.  
 18. *Alter*, alius. 19 — 23. Descriptio creationis mundi, quae et copiosior et melior apud Ovidium initio Metamorphoseon occurrit. 24. 1qq. *At, quodcunque*. Sensus: *At, quidquid* praestabo carmine, seu dignum tua virtute, (quod tamen despero) seu indignum (quale certo erit) omne id tibi voueo. 30. *Nec quaeris*, nec tam quaeris, quid imaginum, i. e. maiorum, tuo-

rum tituli, de iis narrent. Sensus est: Non tam facta maiorum fortia enumeras, quam ipse vis imitari. 34. *Aeterno versu*, valde fringere mihi quidem videtur, pro: *venturo ad posteritatem*, ac vix latinum est: *magna volumina tibi erunt*, pro: *in tuas laudes scribentur*. 43 1qq. Aut redundat plus, aut deest, quam. Verba ipsa: *sedet libra, surgit*, satis latina sunt, ad sententia, cunctis nascens,

Quis potior, certamen erit, sim victor in illis,  
Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis.

Nam quis te maiora gerit castrisue, foroue?

Nec tamen hinc, aut hinc, tibi laus maiorue,  
minorue, 40

Iusta pari premitur veluti quum pondere libra,  
Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.

Qualis, inaequatum si quando onus vrget vtrimque,  
Instabilis natat, alterno depressior orbe.

Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi, 45

Non alius sedare queat: seu iudicis ira

Sit placanda, tuis poterit mitescere verbis.

Non Pylos, aut Ithace tantos genuisse feruntur

Nestora, vel paruae magnum decus vrbis Vlyxen,

Vixerit ille senex quamuis, dum terna per orbem 50

ταυτολόγος; nisi vtrouque  
alterum subintelligatur, v.  
c. veluti, quum libra aequa  
habet pondera, nec hac par-  
te plus sedet, *quam ab illa  
surgit*; nec ab illa plus sur-  
git, *quam ab hac sedet*.  
Verum etiam sic admodum  
putida est sententia. Ver-  
sus 43. 44. ita mihi co-  
haerere cum v. 42. viden-  
tur: *Qualis*, i. e. quod (*τὸ  
sedere* sc. et *τὸ surgere*) alio-  
qui fieri solet, quoties in-  
aequalia pondera imponun-  
tur; quam diu grauior pars  
nondum subsidit; nam tum  
vacillat, et altera pars sem-  
per deprimitur. 46. 47. De-  
scribitur duplex orationum  
genus, concionum et foren-

sium. 49. *paruae vrbis*, Itha-  
cae, quae commune nomen  
cum vniuersa insula habe-  
bat. 50. sqq. Peccare hoc  
loco videtur auctor poëma-  
tis in *συμμετρίαν* (vt ita lo-  
quar) poëticam, qui, com-  
paraturus Messallam Nesto-  
ri et Vlyssi, posterioris de-  
scriptioni totos *triginta*  
versus, priori, Nestori, vix  
*duos* impendit. Sed socium,  
hac quidem in re, habet  
Catullum in Epithalamio  
Pelei, qui pariter fabulam  
de Theseo, per versus *du-*  
*centos* quum traxisset, alte-  
ram, huic coniunctam, de  
Ariadne a Baccho rapta, so-  
lis *quatuordecim* versiculis  
absoluit: nisi, quod apud

C

Saecula fertilibus Titan decurrerit horis:  
 Ille per ignotas audax errauerit vrbes,  
 Qua maris extremis tellus excluditur vndis.  
 Nam Ciconumque manus aduersis reppulit armis:  
 Nec valuit Lotos coeptos auertere cursus: 55  
 Cessit et Aetnaeae Neptunius incola rupis,  
 Victa Maroneo foedatus lumina Baccho.  
 Vexit et Aeolios placidum per Nerea ventos.  
 Incultos adiit Laestrygonas, Antiphatenque,

Catullum huius vitii (si modo vitium est) ratio aliqua ex totius poematis consilio reddi potest; (v. not. nostr. ad Cat. Epith. v. 252) apud Tibullum nemo forsasse causam claudicantis quasi descriptionis reperiet; imo totum hoc de Vlyse episodum valde inepte intrusum videtur. 51. *fertilibus — horis.* Horae sunt quatuor anni tempora, fons et causa fertilitatis. 53. *excluditur.* Sane, vt etiam ill. Heynius iam monuit, mollius foret, *includitur*, nisi compositum pro simplici, *clauditur*, dictum accipias. Sed tamen etiam sine hac explicatione ferri posse arbitror, quia tamen tellus et mare se inuicem excludunt, et vbi alterum est, ibi alterum esse non potest. 54. *Ciconum*, erant hi gens Thraciae, ad quo-

rum oram Vlysses, Troia domum petiturus, appellabatur, eosque vincebat. *Adversa arma*, non sunt *infelicia*, sed *nude contraria, opposita.* 55. *Lotos*, Africae insula, in qua herbam crevisse, aiunt, dulcem, cuius ea vis esset, vt, qui eam gustassent, domum redire obliuiscerentur, vnde suos Vlysses per vim in nauem retrahere coactus est. *coeptos auertere cursus*, Ithacam petituros retinere et impedire. 56. *Aetnaeae — rupis*, Polyphemus, Cyclops, Neptuni filius. Nota fabula. 57. *Victa — Baccho*, i. e. orbatus (per Vlysem) oculo vno, quod eum vini Maronei (Thracici) vis in fominum pertraxerat. Mire h. l. enallage numeri in voce *lumina* contra veritatem poeta abusus est. 58. *Vexit*, secum in naue. 58. 59. *Laestrygonas*, populum Italiae,

Nobilis Artacie gelida quos irrigat vnda, 60  
 Solum nec doctae verterunt pocula Circes:  
 Quamuis illa foret Solis genus, apta vel herbis,  
 Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.  
 Cimmericorum etiam obscuras accessit ad arces,  
 Quis nunquam candente dies adparuit ortu, 65  
 Siue supra terras Phoebus, seu curreret infra.  
 Vidit, vt, inferno Plutonis subdita regno,  
 Magna Deum proles leuibus discurreret umbris,  
 Praeteriitque cita Sirenum littora puppi.  
 Illum, inter geminae nanterum confinia mortis, 70  
 Nec Scyllae faeuo conterruit impetus ore,  
 Quum canibus rapidas inter freta serperet vndas,  
 Nec violenta suo consumsit more Charybdis,  
 Vel, si sublimis fluctu confurgeret imo,  
 Vel, si interrupto nudaret gurgite pontum. 75  
 Non violata vagi fileantur pascua Solis,

quorum rex Antiphates, ἄν-  
 Ἰρωποφάγος erat. Artacie  
 fons, non procul ab vrbe  
 Laestrygonum. 64. Cimme-  
 riorum populi ad fines Oce-  
 ani habitantes, apud quos  
 perpetuae esse tenebrae, a  
 poetis feruntur. 66. Siue —  
 infra. Hunc versum ill.  
 Heynius de solis conuersio-  
 ne ad tropicum Capricorni  
 et reditu ad Tropicum Can-  
 cri explicat; ego, quidni  
 de quotidiana diei ac noctis  
 vicissitudine, multo simpli-  
 cius explicari possit, causam  
 nullam video. 68. Ma-  
 gna Deum proles sunt he-

roës, quos Vlysses apud in-  
 feros vidit. leuibus umbris,  
 inter umbras, vt ill. Hey-  
 nius explicat, vel quoad  
 umbras, h. e. tenuia corpu-  
 scula, quum pars diuinior,  
 Φῆν, in caelo esset. 70.  
 geminae — mortis, i. e. na-  
 vigantem inter duplex mor-  
 tis periculum, Scyllam et  
 Charybdim. 72. freta. Nisi  
 pro hac voce legatur fera,  
 quod et nonnulli iam con-  
 iecerunt, et codices aliqui  
 habent, sanus sensus ex hoc  
 versu elici vix potest. 75.  
 Vel si — pontum, h. e. si,  
 vndas perrumpendo, sua-

Non amor, et foecunda Atlantidos arua Calypsus,  
Finis et errorum miseri, Phaeacia tellus.

Atque, haec seu nostras inter sunt cognita terras,  
Fabula siue nouum dedit his erroribus orbem; 80  
Sit labor illius; tua dum facundia maior.

Iam te non alius belli tenet aptius artes,  
Qua deceat tutam castris praeducere fossam,  
Qualiter aduersos hosti defigere ceruos,  
Quemue locum ducto melius fit claudere vallo, 85  
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores;  
Vt facilisque tuis aditus fit, et arduus hosti,  
Laudis et assiduo vigeat certamine miles.

Quis tardamue sudem melius, celeremue sagittam

dum maris aperiret, vt oculis cerni posset. 77. *Calypsus*. Calypso erat Atlantis filia, in insula Ogygia prope Siciliam, apud quam Vlysses septem annos integros fertur commoratus esse. 78. *Phaeacia tellus*, seu Corcyra, in qua tum regnabat Alcinous, qui Vlysses hospitio exceptum, post longos errores domum naue reducendum curabat. 79. *sunt cognita*, consequens pro antecedente, *contigerunt*. 80. *Fabula — orbem dedit* est assignauit, finxit; Sensus autem vtriusque versus: Siue haec vere in nostra terra contigerint, siue extra hanc contigisse, a poetis fingantur. Nam sane dubitauere quidam ve-

teres, annon errores Vlyssis in Oceano Atlantico extra orbem nostrum contigerint? 81. Hic finitur digressio poetae de Vlysses, non longa minus, quam inepta, quae etiam fit ineptior, quod tam praecise, nec addita comparatione cum Messallae eloquentia, abrumpitur. 84. *aduersos — ceruos*. Cerui sunt, quos nostri appellant *Spanische Reuter*; aduersos hosti, i. e. appolitos ei parti, vnde hostis aggressurus est. 86. *erumpat*, i. e. emittat, effundat, actiue. 89. *Quis — iecerit*. Scil. inter milites tuos. Nam de ipso Messalla hae exercitationes vix possunt intelligi, quoniam non imperatoris sunt, sed militum.



Iecerit, aut lento perfregerit obuia pilo? 90  
 Aut quis equum celerem arctato compescere fraeno  
 Possit, et effusas tardo permittere habenas?  
 Inque vicem modo directo contendere cursu?  
 Seu libeat curuo breuius compellere gyro?  
 Quis, parma seu dextra velis, seu laeua tueri, 95  
 Siue hac, siue illac veniat grauis impetus hastae,  
 Amplior, aut signata citâ loca tangere funda?  
 Iam simul audacis veniunt certamina Martis,  
 Aduersisque parant acies concurrere signis:  
 Tunc tibi non desit, faciem componere pugnae, 100  
 Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen,  
 Rectus vt aequatis decurrat frontibus ordo:  
 Seu libeat duplici seiunctim cernere Marte,  
 Dexter vti laeuum teneat, dextrumque finister  
 Miles, fitque duplex geminis victoria castris. 105

Sed tamen de iis recte iudicare belli ducem oportet; vnde hoc quoque iudicium a poeta in laudibus Messallae ponitur. 93; 94. Hic modo ac seu opponuntur, pro modo — modo — aut seu — seu, quod optimi scriptores etiam facere solent. Caeterum inter varias virorum doctorum coniecturas, quibus *curuo* displicet, Ayrmanni maxime mihi arridet, legentis: *paruo*, quoniam haec vox sequenti *breuius* magis conuenit. Neque enim in antecedentibus de *longiori* gyro quidquam praecesserat. Ac gyrum omnem *curuum* esse, per se

liquebat. 95. *dextra — laeua*, sc. loca. *Siue hac, siue illac*, paulo insolentius, pro: *prout vel hac, vel illac*. 97. *Amplior*, melior, dexterior, paratior. 100. *non desit*, sc. ars seu facultas. *Desit pro defuerit*, i. e. profecto non deerit. 101-105. Duplex pugnae genus describitur, alterum simplicis et formae quadratae, (*Bataillon quarré*) alterum, duorum cornuum, vt fit iusto in praelio. *Cernere simplex* pro composito *decernere* praelio, Marte, pugna. *Laeuum — dextrum* sc. hostem, *teneat*, sibi oppositum habeat. 105. *geminis*

At non per dubias errant mea carmina laudes.  
 Nam bellis experta cano; testis mihi victae  
 Fortis Iapydiae miles, testis quoque fallax  
 Pannonius, gelidas passim disiectus in Alpes:  
 Testis Arupinas et pauper natus in armis. 110

Quem, si quis videat, vetus ut non fregerit aetas,  
 Terna minus Pyliae miretur saecula famae:  
 Centum foecundos Titan renouauerit annos:  
 Ipse tamen velox celerem super edere corpus  
 Gaudet equum, validisque sedet moderator habe-  
 nis. 115

Te duce, non alias, conuersus terga domator  
 Libera Romanae subiecit colla catenae.  
 Nec tamen his contentus eris, maiora peractis  
 Instant, compertum est veracibus ut mihi signis,  
 Quis Amythaonius nequeat certare Melampus. 120

*castris*, i. e. bipartitis. 106.  
 Iam exemplis et factis has  
 laudes poeta confirmat. 108.  
*Iapydiae* etc. A. V. C. 718.  
 719. Iapydes, natio Libur-  
 nica Pannonii, et aliae vi-  
 cinae gentes aduersus Au-  
 gustum rebellarant, quas  
 omnes Messalla, a. 720 vi-  
 cit. Hinc *fallax* Pannonius  
 dicitur, propter hanc ipsam  
 rebellionem. 110. *Arupinas*,  
 Arupini, oppidi Iapydiae,  
 incola. 111. *vetus aetas*,  
 vno verbo, senectus. 112.  
*Pythiae famae*, magnam Ne-  
 storis senectutem. 113. *re-  
 nouauerit*, i. e. quantumuis  
 centum annos, vivat. 114.

*edere corpus*, in equum tol-  
 lere, sicut *edita loca* dici-  
 mus. 116. *Te duce, non alias*,  
 h. e. non alio duce, quam  
 te, seu, ante tua tempora.  
 Aut, si referas ad *conuersus*.  
 domator (sc. equorum) an-  
 tea nunquam in fugam ac-  
 tus. De Arupinatibus ad-  
 huc, an de alio populo ser-  
 mo sit, cuius nomen in cor-  
 rupto hoc loco lateat, in-  
 certum est. 120. *Amythao-  
 nius Melampus*, celeberrimus  
 veterum vates, Amythaonis  
 filius. Sensus: quae ne op-  
 timus quidem vates melio-  
 ra ac certiora suppeditare

Nam modo fulgentem Tyrio subtemine vestem  
 Indueras, oriente die, duce fertilis anni,  
 Splendidior liquidis quum sol caput extulit vndis,  
 Et fera discordes tenuerunt flamina venti,  
 Curua nec affuetos egerunt flumina cursus; 125  
 Quin rapidum placidis etiam mare constitit vndis,  
 Nulla nec aërias volucris perlabitur auras,  
 Nec quadrupes densas depascitur aspera sylvas:  
 Quin largita tuis sunt muta silentia votis.  
 Iupiter ipse, leui vectus per inania curru 130  
 Adfuit, et coelo vicinum liquit Olympum,  
 Intentaque tuis precibus se praebuit aure,  
 Cunctaque veraci capite annuit; additus aris,  
 Laetior eluxit structos super ignis acervos.  
 Quin, hortante Deo, magnis insistere rebus 135  
 Incipe: non iidem tibi sint aliisque triumphis,  
 Non te vicino remorabitur obuia Marte  
 Gallia, nec latis audax Hispania terris:  
 Nec fera Theraeo tellus obsessa colono:  
 Nec, qua vel Nilus, vel, regia lympha, Choaspes 140

possit. 121. *Nam modo.* Iam  
 consulatum, a Messalla, A.  
 V. C. 727. initum, descri-  
 bit poëta, et omnia eius  
 anni felicia. *Tyrio subtemi-  
 ne,* filo purpureo distinctam.  
 125. *nec adfuetos — cursus,*  
 i. e. substituerunt, admira-  
 tione tui, et Augusti, col-  
 legarum, vt statim v. sq.  
 mare constitisse dicitur.  
 128. *quadrupes — aspera,*  
 faeva bellua, vel hirsuta,  
 vt caprae. 134. *acervos, thu-*

*ris.* 135. *hortante Deo,* per  
 fausta haec omnia. 137.  
*Non te.* Incipit hinc iam  
 poëta. per *μεγισμὸν* haud  
 inelegantem, Messallae sui  
 fortia facta, mox speranda,  
 augurari. 139. *Theraeo.* H.  
 I. Africa intelligitur. Thera  
 insula fuit maris Cretici, a  
 colonia Lacedaemoniorum  
 habitata, vnde postea non-  
 nulli Batto duce, profecti  
 Cyrenen in Africa condi-  
 derunt. 140. *regis lympha,*

Profuit, aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes  
 Radit Arecteos haud vna per ostia campos.  
 Nec, qua regna vago Tomyris finiuit Araxe,  
 Impia nec faeuis celebrans conuiuia mensis,  
 Vltima vicinus Phoebos tenet arua Padaeus, 145  
 Quaque Histrus, Tanaisque Getas rigat, atque Mo-  
 fynos.

Quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,  
 Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis.  
 Te manet inuictus Romano Marte Britannus,  
 Teque interiecto mundi pars altera Sole. 150

*Choaspes*, Parthiae fluuius, ex quo solo reges illius aquam solent bibere, 141. *Cyri dementia*, *Gyndes*, Babyloniae flumen, quod Cyrus incredibili labore in 360 canaliculos diduxit, auctore Herodoto, L. I, 189. 202. et L. V. 52. *dementia*, signum et indicium eius dementiae 142. *Arectaeos*, i. e. Babylonios vel Assyrios, ubi regio est Artacene, simili nomine, quod Scaliger, legens *Aractene*, ei etiam similis reddidit. 144. *Impia nec*, repetendum hic ex, v. anteced. *qua*. 145. *Padaeus*, Indus, a Padaeis, Indica gente. 146. *Mosynos* seu Mosynoecos, populum Geticum, ad Pontum Euxinum. Caeterum in hoc *μεγισμῶ*, concinnitas quaedam animaduertitur, binis quippe versibus singulas

caeli plagas describentibus, praeter Septentrionem, quae quatuor continet. 148. *aduersis*, oppositis, nihil amplius, vt supra v. 84. 149. *inuictos* — *Britannos*. Inuaserat quidem ante illud tempus iam Caesar Britanniam, sed haec expeditio, rapido incurfui, quam bello iusto, fuerat similior. Hinc recte *inuictam* *adhuc a Romanis Britanniam* dicit. 150. *Interiecto* — *sole*. *Sol interiectus* zonam torridam, *pars mundi altera*, regiones ultra hanc sitas, i. e. zonam temperatam australem, significat. Quas quum certo praeuideret poeta, Messallam nunquam aditurum esse, tanto ineptius hoc siue laudis, siue vaticinii merito debet videri, de homine priuato. Alia res est apud Virgilium

Nam circumfuso confidit in aëre tellus,  
 Et quinque in partes toto disponitur orbe.  
 Atque duae gelido vastantur frigore semper.  
 Illic et densâ tellus absconditur vmbra,  
 Et nulla incepto perlabitur vnda liquore; 155  
 Sed durata riget densam in glaciemque niuemque;  
 Quippe vbi non vnquam Titan superingerit ortus.  
 At media est Phoebi semper subiecta calori,  
 Seu propior terris aestiuum fertur in orbem,  
 Seu celer hibernas properat decurrere luces. 160  
 Non ergo presso tellus confurgit aratro,  
 Nec frugem segetes praebent, nec pabula terrae;  
 Non illic colit arua Deus, Bacchusue, Ceresue,  
 Nulla nec exustas habitant animalia partes.  
 Fertilis hanc inter posita est, interque rigentes, 165  
 Nostraque, et huic aduersa solo pars altera nostro,

Aen. VI. 795 sqq. vbi partim de Augusto principe fermo est, partim Anchisae apud inferos id vaticinium tribuitur. Et tamen hic poëtae versus probe attendendus est, quia ex eo pendet atque apta est tota sequens digressio de quinque zonis; quae, si modo excusationem habere debet vel potest, ea ex hoc versu eiusque sensu, paulo obscuriore et poëtico, erit petenda. 152. *toto disponitur orbe.* Mira videri ac dura possit constructio: *tellus orbe toto disponitur, sed toto orbe,*

est idem quod, κατὰ τὸν ἑαυτῆς κύκλον, q. d. ac totus illius orbis est quinquepartitus. 155. *incepto — liquore,* eo cursu, qualem primum ingressa est, i. e. vt prona fluat. 156. *glaciemque niuemque,* Hendiadys pro *glacie niuosa,* aut *niuem glacie concretam.* 157. *superingerit,* desuper ingerit, infundit. 159-60. Descriptio aestatis ac hiemis; illius per motum solis versus Tropicum cancri; huius per breuitatem dierum. 164. *Nulla nec,* vel Graecismus est, pro *vlla nec,* vel *nec*

Quas vtrinque tenens similis vicinia coeli  
 Temperat, alter et alterius vires necat aër.  
 Hinc placidus nobis per tempoto vertitur annus,  
 Hinc et colla iugo didicit submittere taurus, 170  
 Et lenta excelsos vitis censeendere ramos,  
 Tondeturque seges maturos annua partus,  
 Et ferro tellus, pontus confinditur aere.  
 Quin etiam structis exsurgunt oppida muris.

Ergo vbi per claros ierint tua facta triumphos, 175  
 Solus utroque idem diceris magnus in orbe,  
 Non ego sum satis ad tantae praeconia laudis,  
 Ipse, mihi non si praescribat carmina Phoebus.  
 Est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,  
 Valgius: aeterno propior non alter Homero. 180  
 Languida non noster peragit labor otia, quamvis  
 Fortuna, ut mos est illi, me aduersa fatiget.  
 Nam mihi quum magnis opibus domus alta niteret,  
 Cui fuerant flauis ditantes ordine fulci  
 Horrea, foecundas ad deficientia messes. 185

ponitur pro *ne quidem*;  
 quamquam prius malim. 167  
*vicinia caeli*, ornate pro  
*caelum*, simpliciter, nec in  
*vicinitatis* notione argutan-  
 dum. 168. *Alter* — aër, i.  
 e. calorem frigus temperat,  
 ac vice versa. 169. *tempora*,  
 sc. quatuor illa, ver, hye-  
 mem etc. 172. *maturos* —  
*partus*, int. *κατά*, Graeco  
 more. 175. *ierint*, hoc est,  
 claros triumphos, eorum-  
 que veluti seriem quandam,

pepererint. 176. *utroque* —  
*orbe*, utraque zona tempe-  
 rata. 178. *non, si*, ne tum  
 quidem, si etc. 179. *magnis*  
*possit se accingere rebus*, sc.  
 canendis, aut *res* sunt car-  
 mina, *ἔπος*, quanquam hoc  
 sensu diceretur paulo inu-  
 sitatius. 181. *Languida* —  
*otia*, non possum otiosus te  
 videre, tantas res gerentem  
 vel gesturum. 185. *fecun-  
 das* — *messes*, quae ne iuf-  
 ficerent quidem ad messes

Cuique pecus denso pascebant agmine colles,  
 Et domino satis, et nimium furique, lupoque;  
 Nunc desiderium superest: nam cura nouatur,  
 Quum memor anteaetos semper dolor admouet annos.

Sed licet asperiora cadant, spolierque relictis, 190  
 Non te deficient nostrae memorare Camoenae,  
 Nec solum tibi Pierii tribuentur honores:  
 Pro te vel rapidas ausim maris ire per vndas,  
 Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis:  
 Pro te vel solus densis subsistere turmis, 195  
 Vel paruum Aetnaeae corpus committere flammae.  
 Sum quodcunque, tuum est, nostri sit paruula cura,  
 Sit tibi, quanta libet; si fit modo; non mihi regna  
 Lydia, non magni potior sit fama Gylippi,  
 Posse Meleteas nec malle mittere chartas. 200

recipiendas. 186. *Cuique*,  
 et cui. 188. *nam cura no-  
 uatur*. Non opus esse ar-  
 bitror, cum ill. Heynio pro  
*nam conicere nunc*, quan-  
 quam elegantissima conie-  
 ctura est, si sic interprete-  
 mur: *nam quotidie, mea  
 cura*, h. e. sollicitudo ani-  
 mi propter ereptos mihi a  
 militibus agros, *se renouat*,  
 quoties annos exactos re-  
 cordor. *Cum semper pro  
 quoties paulo dicitur inusi-  
 tatus*. 195. *subsistere tur-  
 mis*, me obiicere, earum  
 impetum ferre. 196. *paruum  
 — corpus, paruum dicit, vel*

quia vere paruum erat, vel  
 quia, cum salute Messallae  
 comparatum, parui pretii  
 futurum sit. 197. Luculen-  
 ta comparatio: Ego totus  
 tuus sum, tu modo exigua  
 tui veluti parte meus sis.  
 199. *Gylippi*. Hic Graeco-  
 rum dux absurdissime hic  
 intrusus est: ego sine hae-  
 sitatione quorundam lectio-  
 nem sequar: *Philippi*, sc.  
 Macedonis, quem ideo haud  
 dubie posuit, quia filium  
 eius, multo patre maiorem,  
 versus non capiebat. 200.  
*Posse — chartas*, i. e. ne  
 malle quidem Homericis  
 carmini par carmen posse

Quod tibi si versus noster totusue, minusue,  
 Vel bene sit notus, summo vel ineret in ore,  
 Nulla mihi statuent finem te fata canendi.  
 Quin etiam, mea quum tumulus contexerit ossa,  
 Seu matura dies celerem properat mihi mortem, 205  
 Longa manet seu vita, tamen, mutata figura  
 Seu me finget equum, gyro percurrere campos  
 Doctum, seu tardi pecoris sim gloria taurus:  
 Siue ego per liquidum volucris vehar aëra penna,  
 Quandocunque hominem me longa receperit aetas, 210  
 Inceptis de te subtexam carmina chartis.

scribere. 201 - 202. Singu-  
 laris haud dubie pro plura-  
 li: Si tibi carmina mea, vel  
 omnia, vel ex parte, nota  
 sint etc. 205. *matura dies*,  
 praematura mors; seu ci-  
 tius moriar, seu serius. 206.  
 sqq. *mutata figura* Seu me

*finget equum*. Ornate di-  
 ctum. *figura mutata me fin-*  
*get equum, taurum, volu-*  
*crem* etc. pro: ego plane  
*mutatus, ero equus* etc. Ce-  
 terum Pythagoricam h. l.  
*μετεμψύχωσι* respici, facile  
 vel pueri intelligent.

---

## P R O O E M I V M

in Lucani Pisonem,

---

**Q**uanquam hoc ingenii poetici monumentum ex eodem  
 genere est, ex quo superius, hoc est, ex Panegyrico,  
 tamen haud paulo maiores spiritus, maius ingenium, di-  
 ziozem denique carminis venam prodit; quod attente et  
 accurate perlegendibus obscurum esse nullo modo potest.  
 Lucani nomen praefert, quod est in multis antiquis codi-  
 cibus; neque ea res cum historia pugnat, quum Pisonem  
 illum, cuius laudes hoc carmen continet, non modo Luca-



no aequalem fuisse, verum etiam singulari hunc amicitia  
 fouisse, quin in magna illa aduersus Neronem conspira-  
 tione virumque periisse, satis constet. Et tamen mihi vi-  
 dentur multa commemorari posse, quae illud Lucaño sup-  
 positum esse, haud improbabiler persuadeant: primum,  
 quod Statius Siluarum L. II. 7. qui locus est de hoc poëta  
 paene classicus, inter caetera eius carmina, (quaedam etiam  
 nunc deperdita) huius mentionem nullam iniicit; alte-  
 rum, (quod haud paulo firmiter arbitror, quoniam est  
 ex internorum argumentorum genere, quae hodie vo-  
 cant, et ex ipso carmine ducitur) quod scribendi genus in  
 hoc carmine longe dissimile est eius, quod in Lucani Phar-  
 salia nunc quoque obseruare licet. Nam in hac, constat,  
 orationem esse tumidam, affectatam, et abruptam, inter-  
 dum, quod grauis ubique auctor et ingeniosus vult videri,  
 obscuram. At in nostro carmine per omnia dominatur  
 ordo rerum lucidus, color quidam laetus et hilaris, oratio  
 floridior, versus molliter fluentes, et magna suauitate con-  
 diti. Denique nescio, an huc referam Suetonii in vita  
 Lucani extrema locum: Poëmata etiam eius praelegi  
 memini, confici vero ac venalia proponi, non tantum  
 operose ac diligenter, sed inepte quoque. Qui etsi  
 est paulo obscurior, tamen hoc docet, iam illo aeuo, quo  
 Suetonius viuebat, (seu quisquis est auctor illius vitae,  
 Suetonio certe aequalis) iam tum igitur, hoc est, non longe  
 a Lucani morte, exstitisse, qui sub eius nomine carmina  
 confingerent; id enim ibi conficiendi verbo significari,  
 Bynkershoekius recte coniecit Obs. Iur. Rom. III. 18.

Quidquid autem huius rei sit, de quo nolim equidem  
 pertinaciter contendere, dignum certe videtur carmen, quod  
 diligenter et accurate cognoscatur ab adolescentibus, iis-  
 que ad imitandum in simili re, si qui satis ingenii ad poë-  
 sin attingendam habeant, proponatur. Vnus certe locus  
 ille, v. 133 — 146. Ipsa vices natura subit etc. ipsa  
 breuitate commendabilis, qui pulcherrimam, simulque loco  
 illi aptissimam digressiunculam in vulgarem illam senten-  
 tiam continet: Variatio delectat, quantiuis pretii est, vt  
 ex ungue leonem, quod aiunt, facile agnoscas. Neque de-

terior est alter, v. 178 — 196. qui descriptionem habet ludi latruncularum, incredibili cum suauitate coniunctam.

Ceterum ordo ac dispositio carminis panegyrici haec est: Sine exordii ullius ambagibus poeta statim in Pisonem suo laudat: 1) genus, (v. 1 — 24.) 2) eloquentiam forensam, (v. 25 — 64.) 3) prudentiam ciuilem, (v. 65 — 76.) 4) eruditionem atque doctrinam, (v. 77 — 87.) 5) formam corporis egregiam, (v. 88 — 93.) 6) eximias animi virtutes, et quidem: a) beneficentiam, (v. 94 — 99.) b) absentiam fastus erga inferiores, (v. 100 — 124.) c) comitatem ac leporem, (v. 125 — 150.) nominatim in poesi, (v. 151 — 165.) d) dexteritatem miram, nominatim in tractandis armis, (v. 166 — 177.) et in ludendo, (v. 178 — 196.) Epilogus est paulo longior, qui agit de auctore ipso sic, ut 1) patrono se commendet, (v. 197 — 230.) 2) Pisonem rursus laudet (v. 231 — 246.) 3) denique meliora carmina in futurum promittat, (v. 247 — 261.)

## M. ANNAEI LVCANI

### ad Calpurnium Pisonem Poemation.

Vnde prius coepti surgat mihi carminis ordo,  
Quosue canam titulos, dubius feror, hinc tua, Piso,  
Nobilitas, veterisque citant sublimia Calpi  
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes;

1. Vnde prius, h. e. potius, melius, Statim, sine exordio ullo, ipsas Pisonis laudes poeta ingreditur. 2. tua, Piso, nobilitas. Hic, C. Calpurnius Piso, Nerone imperante, vnus e principibus ciuitatis erat, cuius virtutes Tacitus, Annal. L, XV. c. 48. copiose commemorat, eumque, narrat, in infelici aduersus Neronem coniuratione (in qua cum aliis multis ipse quoque Lucanus fuit) abruptis brachiorum venis periisse, ib. c. 59. 3. citant, ad canendum inuitant, prouocant. Calpi. Fuit hic

Hinc tua me virtus rapit, et miranda per omnes 5  
 Vita modos: quae, si deesset tibi forte creato  
 Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.

Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis  
 Atria, quid pleni numero Consule fasti,  
 Profuerint, si vita labat? perit omnis in illo 10  
 Nobilitas, cuius laus est in origine sola.

Felix, qui tantis animum natalibus aequas,  
 Et partem tituli, non summam, ponis in illis,  
 Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,  
 Ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat? 15

Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,  
 Humida callosa cum pinferet hordea dextra?

Nec, si cuncta velim, breuiter decurrere possim:

vnus e quatuor filiis, quos  
 Numa rex, praeter Pompe-  
 liam, filiam, dicitur habuif-  
 se, Calpum, Pomponem,  
 Pinum, et Mamercum, a  
 quibus quatuor insignes Ro-  
 manorum familiae, Calpur-  
 nii, Pomponii, Pinarii, et  
 Mamerci, descenderint. Sed  
 Plutarchus, qui haec refert  
 in Numa, (p. 134-35. ed.  
 Steph.) ipse fabulam esse  
 putat, ad adulandum his  
 gentibus excogitatam. 6.  
*forte creato*, i. e. casu, et  
 obscuris natalibus. 16. 17.  
*Pisonis dextra*. Omissus est  
 in his versibus casus sub-  
 iecti, ideoque supplendus:  
*aliquis de tuis maioribus*;  
 aut, ἀπὸ νοῦν̄ repetendum:  
*domus*; quod posterius etsi

fiat, tamen deinde ad *pin-*  
*feret* superior ille: *aliquis*,  
 erit supplendus. Caeterum  
 quis ille Calpurniorum fue-  
 rit, qui *Pisonis* nomen pri-  
 mum habuit, equidem re-  
 perire nondum potui, id-  
 eoque eius memoriam puto  
 intercidisse. Caeterum il-  
 lud *prima* claudicare mihi  
 videtur, quia iam aliud ad-  
 iectiuum adest, *claraq.* vn-  
 de libentius *primum* vel *pri-*  
*mus* legam. *Pinferet*, mo-  
 leret, tunderet, *callosa dex-*  
*tra*, dura ex perpetuo la-  
 bore rustico, ad laudem in-  
 dustriae adiectum epithe-  
 ton: Pro *humida* denique  
 Ios. Scaliger malebat *fumi-*  
*da*, quia primum hordea  
 torrebantur, deinde saxo

Et prius aetheriae moles circumuaga flammae  
 Annua bis senis reuocabit mensibus astra, 20  
 Quam mihi priscorum titulos operosaeque bella  
 Contigerit memorare: manus sed bellica patrum  
 Armorumque labor, veteres decuere Quirites,  
 Atque illos cecinere sui per carmina vates.  
 Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem, 25  
 Exaequamus auis; tamen, etsi bella quierunt,  
 Non periit virtus: licet exercere togatae  
 Munera militiae: licet et sine sanguinis haustu  
 Mitia legitimo sub iudice bella mouere.  
 Hinc quoque seruati contingit gloria ciuis, 30  
 Altaque victrices intexunt limina palmae.  
 Quin age, maiorum, iuuenis facunde, tuorum

frangebantur. 19. 20. *Et prius-astra*, duo versus luculentissimi iidemque ornatissimi, integri anni solaris descriptionem continentes. 23. *veteres decuere Quirites*. Non dubitavi, vnus litterae mutatione, aliquem certe huic loco sensum inferre, qui in vulgato: *docuere*, plane nullus fuerat. Videtur autem mihi poeta hoc velle dicere: *Arma et bella veteres Romanos* adhuc rudes moribus et litteris incultos maxime videbantur *decere*, vnde et bellicas maxime eorum laudes poetae Romani, Ennius v. c. et alii recte cecinerunt; at nostra aetate, quae est longe cultior, et Augustos v. c. Maecenates, Virgilios etc. tulit, etiam aliis, quam bellicis, virtutibus, laus et immortalitas parari possunt, quales tu, Piso, mereris etc. Sed tamen vel sic mihi corruptus locus videtur, vt olim Cortio, Lucanum edituro, qui et ipse alius viri docti coniecturam, *decuere*, in notulis commemorarat. Ego in textum ausus sum recipere. 28. *sine sanguinis haustu*. *Haustu* non modo ornat, sed etiam auget; nam plus est *haurire* sanguinem, quam *profundere*, et crudelitatem simul indicat. 31. *Altaque — palmae*. Intexunt, sc. sibi, h. e. palmae domorum foribus innectuntur. Sensus: Non minor

AD CALPURNIVM PISONEM POEMATION. 49

Scande super titulos, et auitae laudis honores,  
 Armorumque decus praecede forensibus actis.  
 Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente 35  
 Laurea facundis cefferunt arma togatis.  
 Quaeque, patrum claros quondam visura triumphos,  
 Olim turba vias impleuerat agmine denso,  
 Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua, moestos  
 Defensura reos, vocem facundia mittit: 40  
 Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum,  
 Et firmare iubet centeno iudice causas:  
 Seu capitale nefas operosa diluis arte,  
 Laudibus ipsa tuis resonant fora. Tu quoque, Piso,  
 Iudicis affectum, posseffaque pectora ducis 45  
 Victor; sponte sua sequitur, quocunque vocasti:  
 Flet, si flere iubes: gaudet, gaudere coactus:  
 Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.

gloria ex pacis, quam ex  
 belli artibus, contingit. 34.  
*praecede*, vince, *supera*:  
*actis forensibus*, eloquen-  
 tia. 36. *Laurea facundis* —  
*togatis*. Alludit ad notissi-  
 mum Ciceronis versum:  
*Cedant arma togae; conce-*  
*dat laurea linguae*, quo is  
 tot odia sibi conflauit. 37  
 — 39. *Quaeque* — *Olim tur-*  
*ba* — *nunc eadem*, pro:  
 Quanta olim; — tanta nunc.  
 41 — 43. *Seu trepidos* —  
*causas*, *Seu capitale* — *ar-*  
*te*. Duplex causarum foren-  
 sium apud Romanus genus  
 innuit, priuatas, et publi-  
 cas. *Illae* iudicabantur a

centumuiris, et ad contro-  
 uersias priuatas de nexis,  
 municipiis, tutelis, testa-  
 mentis, haereditatibus etc.  
 pertinebant; *hae* ad crimina  
 publica, caedes, furta, ve-  
 neficia, peculatum etc. et  
 iudicabantur a iudicibus,  
 quos praetor dederat. Ad  
*illarum* iudicia habenda cen-  
 tumuiros libera republica,  
 Quaestorii, sub Augusto  
 autem (Suet. Aug. c. 36.)  
 Decemuires stlitibus s. liti-  
 bus iudicandis, hasta posita,  
 solebant conuocare, seu co-  
 gere. Id poeta h. l. innuit.  
 Sensus ergo est: *seu priua-*  
*tam causam aliquam agas,*  
 D

Sic auriga solet feruentia Theffalus ora  
 Mobilibus fraenis in aperto flectere campo, 50  
 Qui modo non solum rapido permittit habenis  
 Quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras  
 Flexibiles rictus, et nunc ceruice rotata  
 Incipit effusos in gyrum carpere cursus.  
 Quis non attonitus iudex tua respicit ora? 55  
 Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem?  
 Nam tu, siue libet pariter cum grandine nimbos,  
 Denfaque vibrata iaculari fulmina lingua,  
 Seu iuuat adstrictas in nodum cogere voces,  
 Et dare subtili viuacia verba catenae, 60  
 Vim Læertiadae, breuitatem vincis Atridae.  
 Dulcia seu maui, liquidoque fluentia cursu  
 Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,  
 Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.

*seu publicam.* 49. sqq. Comparat iam artem Pisonis in flectendis iudicum animis cum equite Theffalo, qui in ludis Circensibus, varie equo uti solet. *Auriga* ex veteri linguae latinae usu *equitem* notat; descendit enim ab *aurea*, s. *orea*, quod frenum est, quoniam *ori* equorum appenditur. *Theffali* autem equitandi peritia erant longe celeberrimi, quo nomine apud omnes poëtas, frequentissime occurrunt. 52. *calce citat*, etiam, sponte currentem, tamen calcaribus instigat. 53. *ceruice rotata*, equo ob-

lique in dextram aut sinistram subito flexo. 54. *carpere cursus* plane poëticus verbi usus, ut *somnos carpere*, *iter carpere*. Ergo h. l. simpliciter, *effuse currere*: 56. *regit — mentem*, flectit, mouet, intendit. 57. sqq. His octo versibus tria, ni fallor, orationis genera, quamquam paulo obfcurius, proponuntur, sublime, tenue, et mediocre, quorum in illo Ulysses, in isto Agamemnonem, in hoc denique Nestorem, olim regnasse, omnes autem a Pione vinci, contendit. *Primo* generi tribuit vim, affectum

Nec te, Piso, tamen populo sub iudice sola 65  
 Mirantur fora; sed numerosa laude Senatus  
 Excipit, et meritas reddit tibi curia voces.  
 Quis digne referat, qualis tibi luce sub illa  
 Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,  
 Cum tua bis senos numeraret purpura fascēs, 70  
 Caesareum grato cecinisti pectore numen?

er linguam tonantem et fulgurantem, quale quondam de Demosthene dictum constat; *secundo* brevitatem (id enim est, *adstrictas voces in nodum cogere*) ita, ut connexio non statim in oculos incurrat, (haec sunt *subtiles vivacium*, hoc est, *gravius*, et aculeos in auditoris animo relinquentium, *verborum catenae*) *tertio* denique flumen dulcedinem, et *floridam* dictionem hic enim est *flos*, non *inclusus*, h. e. non raro aut quasi latentem, ut in tenui oratione, sed *apertus*, h. e. large inspersa oratio tropica, unde maxime huius generis dulcedo solet existere. Hunc locum ego in pulcherrimis et maxime concinnis huius opusculi numeraverim. 66. *numerosa laude senatus*, exquisitius, pro numerosus, frequens senatus laudibus te excipit. Iam ad orationes in senatu habendas transit. 67. *meritas — voces*, i. e. acclamationes, congratulationes.

70. *Cum tua — fascēs*, i. e. quum consulatum susciperes. Hunc tamen consulatum nulli nec Fasti, nec scriptores habent, qui quidem exstant. Unde Theod. Rycius ad Taciti Ann. L. XV, 48. coniicit, quia Lucanum nondum vicesimum aetatis annum excesserit, septimo, autem ac vicesimo a. V. 818. (a Chr. 66) occisus sit, innui h. l. annum. V. 818, quo Nero ipse II, et L. Piso consules fuerint, quorum huic, Lucio, noster Caius Calpurnius Piso, siue frater, siue patruelis, inde a Calendis Jul. successerit. Atque haec viri docti coniectura mihi quidem videtur eo verisimilior, quia notus admodum est mos, ab Augusto inde inductus, ut multi anni haberent plures Consules, qui vocabantur *Suffecti*. Talis etiam fortasse noster Piso, per alterum eius anni semestre fuit. 71. *grato — numen*, Haud dubie innuit orationem sollem-

Huc etiam tota concurrat ab vrbe iuuentus,  
 Auditura virum, si quando iudice fesso  
 Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus:  
 Tunc etenim leuibus veluti proludit in armis, 75  
 Compositisque suas exercet litibus artes.  
 Quin etiam facilis Romano profuit ore  
 Graecia, Cecropiaeque sonat gravis aemulus vndae.  
 Testis, Acidalia quae condidit alite muros,  
 Euboicam referens fecunda Neapolis arcem. 80

nem, qua gratias agebant noui consules imperatoribus, et cuius exemplum adhuc exstat in Plinii panegyrico, ad Traianum laudandum dicto. 72. Huc, in curiam. 73. si quando etc. Sensus est: Quoties feriae sunt, nec iudicia in foro habentur, ubi te causas agentem audiant, in curiam omnes confluunt, ut ibi certe eloquentiam tuam admirentur. *Prolatis rebus* est formula vetus Romanorum, qua *iustitium seu feriae* indicantur, quae non semel apud Plautum ac Ciceronem occurrit. Idem plane h. l. denotant formulae: *iudice fesso* et *compositis litibus*. 78. *sonat*, ipse Piso scil. et *Cecropiae vndae*, hoc est, Atticorum eloquentiae, *aemulus*. 79 - 80. *Testis — arcem*. Locus paulo accuratius explicandus. *Acidalia* appellatur Venus, a fonte Acidalio, ad Orcho-

menon Boeotiae sito; *Acidaliae* ergo *alites* sunt columbae, Veneri sacrae et propriae, *Euboica arx* est castellum Cumanum cum ipsa vrbe, *Cumis*, quae colonia est Chalcidensium, ex Euboea, maris Aegaei insula. Ex his ipsis autem Cumis deinde alia rursus colonia digressa, Neapolin seu Parthenopen condidit, a Parthenope sic dictam, Eumeli filia, quae hanc coloniam fertur duxisse, augurium columbae, ab Apolline missae, secuta. (v. Statii Silv. IV, 8. v. 47 - 49) Haec, valde poetica, si ornatu suo exuantur, planius ita effarentur; „Testis poeticae facultatis tuae est Neapolis, a Cumanis, seu Chalcidensibus, columbae ductu condita.“ Quaeritur iam, quatenus Neapolis eam testetur? Hoc illa faciebat per ludos sacros quinquennales, seu certamina Musica, et



Qualis, io Superi, qualis nitor oris amoenis  
Vocibus? hinc solido fulgore micantia verba  
Implevere locos: hinc exornata figuris  
Advolat, excusso, velox sententia, torno.

Magna quidem virtus erat, etsi sola fuisset, 85  
Eloquio sanctum modo permulcere Senatum,  
Exornare pios modo, nunc onerare nocentes.

Sed super ista mouet plenus grauitate serena  
Vultus, et insigni praestinguit imagine visus.

gymnica, quae illa in vrbe ab Augusti inde aetate instituta fuerant, et quibus Oratores, Musici, Poëtae alijque artifices inter se certabant. Ad eosdem non semel alludit Statius in Syluis, v. c. III, 2, 62. sqq. etc. classicus autem locus est, ni fallor, apud Strabonem, L. V. p. 246. B. (edit. Casaub.) vbi sic de Neapoli disserit: Πλεῖστα δ' ἔχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσια τε καὶ ἐφηβικά, Φρατρίαι, καὶ ὀνόματα Ἑλληνικά, καὶ περ ὄντα Ῥωμαίων, Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μισικός τε καὶ γυμνικός ἐπὶ πλείυς ἡμέρας. ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. Eosdem intelligit Suetonius, Aug. c. 98. et in honorem Augusti institutos esse dicit; vtrum ab ipso, an ab aliis? diserte non addit. 82-84. hinc solido — torno.

Laudat Pisonem ab eloquentia insigni, in illis ludis Neapolitanis demonstrata. Solidus fulgor verborum, h. l. inani vano opponitur; hinc verba solido fulgore micantia, sunt verba, quibus verus quidam splendor et ornatus inest, vt statim post: sententiae figuris exornatae ei tribuuntur. Implevere locos, pro vtitiori loca, h. e. audientium et circumstantium aures implent, delectant vocis grauitate. Sententia velox aduolat, i. e. non dura et contorta est tua oratio, sed prompta et fluens. Excusso torno, tropus ab artificibus petitus, qui ebur tractant; et hoc instrumento, vtuntur. Hunc tornum Piso dicitur excussisse, i. e. abiecisse, ne nimium poliendo orationem corrumpere, et affectatam redderet. Tria igitur in Pisonis eloquentia poëta laudat: orationis ornatum, ver-

Talis inest habitus, qualem nec dicere moestum, 90  
 Nec fluidum; laeta sed tetricitate decorum  
 Possumus: ingenitae stat nobilitatis in illo  
 Pulcher honos, et digna suis natalibus ora.

Additur huc et iusta fides, et plena pudoris  
 Libertas, animusque mala ferrugine purus: 95  
 Ipsaque possessio mens est opulentior auro.

Quis tua cultorum, iuuenis facunde, tuorum  
 Limina pauper adit, quem non animosa beatum  
 Excipit, et subito iuuat indulgentia censu?

Quodque magis dono fuerit pretiosius omni, 100  
 Diligis ex aequo: nec de fortuna clientum,  
 Natalesue mouent: probitas spectatur in illis.

Nulla superborum patiuntur dicta iocorum;  
 Nullius subitos adfert iniuria risus.

Vnus amicitiae summos tenor ambit et imos. 105  
 Rara domus tenuem non aspernatur amicum,  
 Raraque non humilem calcat fastosa clientem.

borum flumen, vocisque et  
 actionis suauitatem, graui-  
 tate mixtam. 91. *Nec fluidum*,  
 mollitiae diffluentem. 96. *Ipsaque*  
 — auro. Proprie loquendo aurum  
 non est opulentum, sed opulentos  
 reddit. Itaque hoc loco *opulentior*,  
 quamquam paulo durius et insolentius,  
 poni censendum est pro *prae-  
 stantior*. 98. *animosa*, h. e. satis  
 virium et animi habens ad vincendos  
 avaritiae et diffidentiae insultus. Ali-  
 ter certe hoc, epitheton,

explicare, fateor, me nescire. 99. *subito* — censu, h. e. sta-  
 tim exsoluis, quod dare ali-  
 cui decreuisti, nec longas  
 egentium preces exspectas. 103. *patiuntur*,  
 scil. a te clientes tui pauperes. 104. *Nullius*  
 — iniuria, int. abs te profecta: tu  
 neminem deridendum aliis praebes,  
 subito. h. e. quum nihil minus,  
 quam hoc, sperasset. 105. *Rara* —  
 non aspernatur, i. e. paucae sunt do-  
 mus ac familiae, quae non aspernentur  
 etc. 108. *Illic*.

Illic casta licet mens, et sine crimine constet  
 Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.  
 Sed lateri nullus comitem circumdare quaerit, **110**  
 Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces.  
 Nec quisquam vero pretium largitur amico,  
 Quem regat ex aequo, vicibusque regatur ab illo:  
 Sed miserum parua stipe munerat, vt pudibundos  
 Exercere sales inter conuiuia possit. **115**  
 Ista procul labes, procul haec fortuna refugit,  
 Piso, tuam, venerande, domum; tu mitis, et acri  
 Asperitate carens, positoque per omnia fastu,  
 Inter ut aequales vnus numeraris amicos:  
 Obsequiumque doces, et amorem quaeris amando. **120**  
 Cuncta domus varia cultorum personat arte;  
 Cuncta mouet studium; nec enim tibi dura clientum  
 Turba rudisue placet, misero quae freta labore,  
 Nil nisi summoto nouit praecedere vulgo:

Ita constanter editiones; ego libentius legerim: *illi, clienti.* 110-115. *Lateri comitem circumdare* ornatius, quam vulgare: *amicum sibi adsciscere.* *Pudibundi sales,* passiuè pro *pudendi*; nam alias *pudibundus* actiuè modo vsurpatur, pro *is, quem pudet.* Caeterum sensus horum versuum est: Nemo iam amicum sibi quaerit, vel vero amore ductus, vel virtutis vtrunque adiuuandae studio, sed vel propter utilitatem, ab eo sperandam, vel, vt scurram inter epulandum habeat. 121-

122. *Cuncta, i. e. cunctos,* qui ad familiam tuam pertinent, *studium, h. e. amor tui mouet,* i. est agiles ad tibi inferuendum reddit. 123. *misero quae freta labore,* quae superba est, potestate illa, summouendi vulgum, quoties te, in publicum prodeuntem, praecedunt. Haud dubie lictores ac viatores Pisonis intelligit, quos ipsos ille non rudes ac *τυχόντας,* sed probos et honestos, soleat sibi ad haec ministeria deligere. 125. *Sed virtus numerosa iuuat.* Equidem hoc loco ab-

Sed virtus numerosa iuuat. Tu pronus in omne 125  
 Pectora ducis opus, seu te grauiora vocarunt,  
 Seu leuiora iuuant; nec enim facundia semper  
 Adducta cum fronte placet: nec semper in armis  
 Bellica turba manet: nec tota classicus horror  
 Nocte dieque gemit; nec semper Cnossius arcu 130  
 Destinat, exempto sed laxat cornua neruo;  
 Et galea miles caput, et latus ense resoluit.  
 Ipsa vices natura subit, variataque cursus  
 Ordinatur, inuersis et frondibus explicat annum.  
 Non semper fluidis adopertus nubibus aether 135  
 Aurea terrificis obcaecat sidera nimbis.  
 Cessat hiems, madidos et ficcat vere capillos:

stractum pro concreto, et si-  
 mul hypallagen esse puto,  
 pro: *numerus* seruatorum  
 ac ministrorum, *virtuti de-*  
*ditus*, quia *turbae rudi*, v.  
 122. non *virtus*, sed *nume-*  
*rus* opponitur 126. *tu pro-*  
*nus* — *opus*, tu aliorum ani-  
 mos ad te allicis, quidquid  
 demum suscipias. *Grauiora*  
*et leuiora*, quae sibi h. l.  
 opponuntur, sunt *seria* et  
*ludicra*. 128. *Adducta*, con-  
 tracta, rugata, Caeterum  
 totus hic locus vsque ad v.  
 146. est e pulcherrimis to-  
 tius opusculi, propter *με-*  
*ρισμὸν*, propter adiectum lo-  
 cum communem de vicissi-  
 tudine intentionis ac remis-  
 sionis, per omnem naturam  
 obuia, et propter tropicae

orationis suauitatem. 130.  
 131. *nec semper Cnossius ar-*  
*cu* — *neruo*. *Cnossius* h. e.  
 Cretensis, intelligitur *miles*  
 vel *venator*. Species pro  
 genere, vt passim apud poë-  
 tas. Quod si *arcu* vera est  
 lectio, (nec potius fortasse  
*arcum* vel *arcus*, quar-  
 to casu) credam esse casum  
 tertium, antiquum, pro *ar-*  
*cui* omisso *ictum*, aut simili,  
 hoc sensu: non semper mi-  
 les arcu ad inferendos ictus  
 utitur. *Cornua* duo arcus  
 extrema sunt. 134. *inuer-*  
*sis* — *annum*. *Inuersis* est,  
*renouatis*, et *explicare*, h. l.  
 maxime proprium verbum  
 de verno anni tempore,  
 quo omnia, quae adhuc sub  
 terra latuerant, flores, folia,

Ver fugit aestates: aestatum terga laceffit  
 Pomifer autumnus, nebulis cessurus, et vndis,  
 Ignea quin etiam Superum pater arma recondit, 140  
 Et, Ganymedeae repetens conuiuia mensae,  
 Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.  
 Temporibus seruire decet: qui tempora certis  
 Ponderibus pensauit, eum si bella vocabunt,  
 Miles erit; si pax, positis toga gestiet armis. 145  
 Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.  
 Felix illa dies totumque canenda per orbem,  
 Quae tibi, vitales cum primum traderet auras,  
 Contulit innumeras intra tua pectora dotes.  
 Mira subest grauitas inter fora: mirus, omiffa 150  
 Paulisper grauitate, lepos, si carmina forte  
 Nectere ludenti iuuat fluitantia versu,  
 Aonium facilis deducit pagina carmen.  
 Siue chelyn digitis et eburno verberare pulsas,  
 Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus, 155  
 Et te, credibile est, Phoebos didicisse magistro.  
 Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena  
 Publica securis exsultent otia terris.

frondes, quasi in conspe-  
 ctum prodeunt, ac se ex-  
 pandunt. 138. *aestatum ter-  
 ga laceffit*, ornatissime, per  
 prosopopoeiam, pro sim-  
 plici sequitur. 141. *Ganyme-  
 deae — mensae*, h. e. in qua  
 Ganymedes ei poculum mi-  
 nistrat. 143 - 144. *qui tem-  
 pora — pensauit*. *Tempora  
 ponderibus pensare* est h. l.

videre, vtrum, tempori  
 alicui feria an ioca conue-  
 niant? sed haec pondera  
 esse debent *certa* h. e. cer-  
 tis argumentis hoc iudicium  
 niti debet. 145. *loca ge-  
 stiet*, abstractum pro con-  
 creto: *Ipse togatus laetabi-  
 tur*. 153. *Aonium — car-  
 men*, exquisite, pro sim-  
 plici. *tu versus pangis fa-*

Nec pudeat, Phoebea chelys si creditur illis  
Pulsari manibus, quibus et contenditur arcus. 160

Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles,  
Quamuis mille rates Priameius vreret heros,  
Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.

Illo dulce melos Nerëius extulit heros  
Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem. 165

Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,  
Inque gradum clausis libuit consistere membris,  
Et vitare simul, simul et captare petentem:  
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes  
Flectis, et obliquis fugientem cursibus vrges, 170  
Et nunc viuaci scrutaris pectora dextrâ,  
Nunc latus aduersum nec opino percutis ictu.  
Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem  
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,

*cillime.* 154. *Siue*, aut si.  
*eburno verbere*, i. e. plectro.  
159. 160. Sensus est: nec  
turpe est, si alii sciant, eun-  
dem, qui bello praestet,  
etiam Musicae artis peritum  
esse; 161. *fidem mouisse*, fi-  
dibus cecinisse. 162. *Pria-  
meius — heros*, Hector, ut  
ex Homeri Iliade XV. et  
XVI constat. 164. *Nereius  
— heros*, Achilles, iam di-  
ctus, cuius auus maternus.  
Nereus erat. Pro *extudit*  
malim legere *extulit*, quod  
nonnulli habent; quoniam  
*tr̄ extudit*, notio quaedam

*difficultatis* inest, quae huic  
loco minime conuenit. Ne-  
que enim *melos*, quod *ex-  
tunditur* vlllo modo *dulce*  
esse potest. 167. *Inque gra-  
dum — membris*. In *gradum*  
vel *gradu consistere*, seu sta-  
re, rei gladiatoriae vel gym-  
nasticae vocabulum est, de-  
notans, aduersario se oppo-  
nere, eumque expectare.  
*Clausa* membra h. l. sunt  
armis tecta et munita. 171.  
*scrutaris*, i. e. gladio per-  
fodis, seu potius, perfossu-  
rum te simulas. 174. *gemi-  
nare pilam*, i. e. geminato

Et non sperato fugientem reddere gestu. 175

Haeret in haec populus spectacula, totaque ludos  
Turba repente suos iam sudabunda relinquit.

Te si forte iuuat studiorum pondere fessum,  
Non languere tamen, lusufque mouere per artem:

Callidiore modo tabula variatur aperta 180

Calculus, et vitreo peraguntur milite bella,  
Vt niueus nigros, nunc et niger alliget albos,

Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit  
Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?

Mille modis acies tua dimicat: ille petentem 185

Dum fugit, ipse rapit; longo venit ille recessu,

Qui stetit in speculis: hic se committere rixae

Audet, et in praedam venientem decipit hostem.

Ancipites subit ille moras, similesque ligato

Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur, 190

Vt citus et tracta prorumpat in agmina mandra,

Clausaque deiecto populetur moenia vallo.

Interea sectis, quamuis acerrima surgant

Proelia, militibus, plena tamen ipse phalange,

Aut etiam pauco spoliata milite vincis 195

Et tibi captiua resonat manus vtraque turba.

ictu impellere. 175. fugien-  
tem reddere, non est h. l.  
facere, vt fugiat, h. e. fu-  
gare, depellere, sed potius,  
reddere, i. e. reiicere, quan-  
do vult fugere, adeoque,  
ἐπιζητήσις, antecentis, ca-  
dentem reuocare. 177. iam

sudabunda, h. e. etsi iam in  
suis ludis celebrandis desu-  
dauit, tamen, iis relictis,  
te adhuc ludentem specta-  
re, non dubitat. 178-196.  
Pulcherrimus de ludo la-  
trunculorum locus iis etiam  
et intellectu facilior futu-

Sed prius emenso Titan versetur Olympo,  
 Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.  
 Felix, et longa iuuenis dignissime vita,  
 Eximiumque tuae gentis decus, accipe, nostri 200  
 Certus, et hoc veri complectere pignus amoris.  
 Quod si digna tuâ minus est mea pagina laude,  
 At voluisse fat est: animum, non carmina, iacto.  
 Tu modo laetus ades; forsan meliora canemus,  
 Et vires dabit ipse fauor! dabit ipsa feracem 205

rus, et lectu iucundior, qui huius Iudi (quamquam a vetere non nihil diuersi) regulas et praecepta satis calenti. *Tabula aperta*, das *offene Bret*, qua luditur calculis. *Vitrei milites*, sunt ipsi calculi, quos veteres vel vitro, vel auro, vel crystallo, vel denique gemmis confectos habebant. *Mandrae* sunt sedes illae et quasi septa, quibus inclusi calculi viam suam tenere coguntur. *Ligare et obligare* est, obsidere seu capere. *Seclis militibus*, i. e. diuisis calculorum quasi copiis. *Plena phalanx*, non est tota, sed integra, nec diminuta per praelium: quod ex opposito patet: *aut pauco milite spoliata*. *Manus utraque* intelligitur non *Pisonis et aduersarii*, sed potius sola *Pisonis*, utroque modo sese habens, i. e. siue plena adhuc, siue pauco milite spoliata. *Captiua tura* i. e.

propter turbum Iapriam. Sensus igitur extremorum quatuor versuum est hic: Quamuis accerrime praelium committis, tamen exercitum tuum in diuersas partes diuidis. Sed quamuis diuidere eum cogeris. tamen, nullo, aut paucissimis certe amissis, soles vincere, ut exercitus tuus, (siue integer adhuc, siue imminutus) propter captos hostes, laudes tuas canere possit. 197. Epilogus, egregio orationis poeticae flumine decurrens. *Emerso — Olympo*; potest et diem et annum integrum denotare; posterius tamen et magis poeticum et hyperbolicum. 200. *nostri*, est genitiuus pluralis, pro *mei*. Ergo *nostri certus*, certus, quanti te faciam, de me satis persuasus. 202. Sensus est: Etsi carmen meum a te probari minime meretur. 205. *feracem — animum*, ingenii ve-



AD CALPURNIVM PISONEM POEMATION. 61

Spes animum: dignare tuos aperire Penates.  
 Hoc solum petimus: nec enim me diuitis auri  
 Imperiosa fames, et habendi faeva libido  
 Impulerant, sed laudis amor: iuuat, optime, tecum  
 Degere, cumque tuis virtutibus omne per aeuum 210  
 Carminibus certare meis; sublimior ibo,  
 Si famae mihi pandis iter, si detrahis vmbra.  
 Abdita quid prodest generosi vena metalli,  
 Si cultore caret? quid inertis condita portu,  
 Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis 215  
 Armamenta ferat, teretique fluentia malo  
 Possit, et excusso dimittere vela rudente?  
 Ipse, per Ausonias Aenëia carmina gentes  
 Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum.  
 Maeoniumque senem Romano prouocat ore, 220  
 Forfitan illius nemoris latuisset in umbra,  
 Quod canit, et sterili tantum cantasset auena,  
 Ignotus populis, si Maecenate careret.  
 Qui tamen haud vni patefecit limina vati,  
 Nec sua Virgilio permisit nomina soli. 225

nam diuitem. 206. *dignare tuos aperire penates*, phrasis admodum ambigua; potest enim denotare, et *aditum alicui ad se permittere*, et *donis aliquem ornare*. Ergo prudens poëta hunc posteriorem sensum, versibus insequentibus a se amoliri studet, 210. *cum-*

*que tuis — certare meis*, i. e. certare tecum ita, ut mea carmina in suo genere aequae perfecta sint, ac tuae virtutes. 217. *excusso — rudente*, soluto fune, quo nauis alligata est, altum expansis velis petere. 218. *Ipse*, Virgilius Maro scilicet cuius laudes hinc poëticae

Maecenas Tragico quatientem pulpita caestu  
 Euexit Varium: Maecenas alta Thoantis  
 Eruit, et populis ostendit nomina Graiis.  
 Carmina Romanis etiam resonantia chordis,  
 Aufoniamque chelyn gracilis patefecit Horati. 230  
 O decus, et toto merito venerabilis aeuo,  
 Pierii tutela chori, quo praeside tuti  
 Non vnquam vates inopi timuere senectae.  
 Quod si quis nostris precibus locus, et mea vota  
 Si mentem subiere tuam, memorabilis olim 235  
 Tu mihi Maecenas tereti cantabere versu.  
 Possumus aeternae nomen committere famae:  
 Si tamen hoc vlli de se promittere fas est,  
 Et Deus vltor abest: superest animosa voluntas,

canit, eumque cum Home-  
 ro comparat. 226. *tragico*  
*caestu*. Habent quidam li-  
 bri: *gestu*, quod mihi ma-  
 gis placet, quia est conue-  
 nientius *τῶ quatientem pul-*  
*pita*, h. e. tragoediis suis  
 spectatores mouentem. Cae-  
 terum *Varius* ex Horatio  
 vel pueris notus: *Scriberis*  
*Vario fortis* etc. 227: *alta*  
*tonantis Eruit* — *nomina*  
*Graiis*. Quod vulgo hic:  
*Thoantis* legitur, pro *tonan-*  
*tis*, nihili est, ac sensu ca-  
 ret. Continuare enim h.  
 l. poeta videtur sermonem  
 de Vario, quem (auctor: *cu-*  
*ius alta tonantis nomina*)  
 Maecenas suo fauore et mu-  
 nificentia quasi e tenebris

eruat, protrahat, et Graiis  
 opponat. *Alta* non retule-  
 rim ad *nomina*, sed ad *tonan-*  
*tis*, per Graecismum, pro  
 aduerbio *alte* seu *altum to-*  
*nantis*, propter sublimita-  
 tem Tragicae poëseos. 230.  
*gracilis* — *Horati*. *Gracilis*  
 h. l. laudat, quasi dicat, ve-  
 nusti, non tumidi, non ni-  
 mis altum petentis, quo-  
 niam ex gracilitate corporis  
 etiam venustas quaedam  
 oritur. Tribus ergo haec-  
 tenus exemplis poeta Mae-  
 cenatis munificentiam illu-  
 strauit, Virgilii, Varii, et  
 Horatii. 236. *tereti* — *ver-*  
*su*, rotundo, leniter fluenti  
 carmine. 239. *Et Deus vl-*  
*tor abest*, intellige, super-

Ipsaque nescio quid mens excellentius audet. 240

Tu nanti protende manum: tu, Piso, latentem

Exsere. Nos humilis domus, et sincera parentum,

Sed tenuis Fortuna sua caligine celat.

Possumus impositis caput exonerare tenebris,

Et lucem spectare nouam, si quid modo laetus 245

Annuis, et nostris subscribis, candide, votis.

Est mihi, crede, meis animus constantior annis,

Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas

Coeperit, et nondum vicesima venerit aetas.

Quod si tam validae mihi robur mentis ineffet, 250

Et solidus primos impleret spiritus annos,

Auderem voces per carmina nostra referre,

Piso, tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix,

Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.

Sed nec olorinos audet Pandionis ales 255

biae, si quis maiora viribus suis audeat suscipere, ut eum propterea Dii deserant, et aliis deridendum iactatorem propinent. 242. *Exsere*, in lucem protrahe. 243. *Sed tenuis*. Pro *sed* malim *et*; ferri tamen potest *ro sed*, si commune duobus subiectis verbum, *celat*, de *domo*, vsurpetur tantum ex parte, h. est notione *habendi, tenendi, progignendi*, hoc sensu: *Ortus sum* quidem ex humili domo, et sincera, *sed tenuis census* me obscu-

rum manere cogit, nec finit in lucem prodire. 244. *exonerare*, tropicum, et *exquisitius* vulgari: *exserere liberare*. 248. *iuuenile decus*, barba prima, lanugo. 251. *solidus primos impleret spiritus annos*, ornatæ æ poëticae, pro: si hac prima ætate ingenium meum tanta doctrina, lectione, experientia etc. subactum esset, quantam virilis habere solet. 255. *Pandionis ales*, philomela, a Philomelæ patre, Pandione, Athenarum rege, ap-

Parua referre sonos, nec, si velit improba, possit.  
 Sic et Aëdonia superantur voce cicadae,  
 Stridula cum rapido faciunt conuicia Soli.  
 Quare age, Calliope, posita grauitate forensi,  
 Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt, 260  
 Quae laudare velis, inuenta penatibus ipsis.

pellata. 256. *improba*, h. e. vel maximo conari et intentione, vt labor dicitur *improbus*. 259-60, *posita — mecum pete*, h. e. omiſſa vita Pisonis publica, priuatae iam hinc virtutes obseruemus, quae non adeo oculis omnium sunt expo-

sitae. Nostri dicunt: *Wir wollen den Mann nicht mehr im Staatskleide betrachten, sondern im Schlafrocke kennen lernen*, i. e. quomodo erga suos, uxorem, liberos familiam, amicos, domi se gerat.

---

## PROOEMIUM

in Claudiani quartum Consulatum  
 Honorii.

---

**S**plendidum profecto et illustre ingenii artisque poëticae monumentum hoc carmen est, atque iure quodam suo non modo inter cetera Claudiani, sed multa quoque aliorum poetarum Latinorum, eminent. Dicatum est consulatui quarto Honorii, qui fuit filius Theodosii M. imperatoris, iunior, natus a. C. 384. suscepitque hanc dignitatem, primum a C. 886, bimus, cum Flauio Euodio, iterum a C. 394. cum Arcadio fratre, tertium, a. C. 396. cum eodem, denique a. C. 398. cum Flauio Euty-chiano, annos natus quindecim. Cuius postremi consularis auspicia Claudianus hoc carmine panegyrico persecutus est. Quo in opere, etsi, quod maxime dolendum est, materia artificem egregium destituit, (quod enim in puero

annorum quatuordecim, eo praesertim stupore et impotentia, qua Honorium fuisse constat, tolerabile, nedum excellens et laude dignum reperias?) tamen ingenium et ars ita eam adiuuerunt, et, (quemadmodum Cicero de coquis, fungos apparantibus, dixit, (ad Div. L. VII, Ep. 26.) in honorem adduxerunt, ut, si quis interim obliuiscatur, quam sit εὐτελής τὸ ὑποκείμενον, nihil hoc carmine reperiri possit inagnificentius ac perfectius. Tanta enim ubique est rerum ipsarum ueritas, grauitas, sublimitas, quin adeo maiestas, ut absolutissimam boni principis imaginem, uiuidissimis et suauissimis coloribus non leuiter adumbret, sed penitus exprimat; tanta singularum imaginum ueritas, et pulchritudo, tanta orationis tropicae suauitas, simulque audacia, tanta figurarum uehementia et grauitas, tam molle denique ac citatum uersuum flumen, ut quasi sponte subnasci, et nunc lenis riuu modo decurrere, nunc, torrentis more, de montibus in uallem praecipitari uideantur. Itaque adolescentibus, ingenium poeticum experturis, inter alia hoc imprimis Claudiani carmen si commendarim, ut legant, lectum relegant, relectum saepius imitando exprimere in re simili conentur, neminem mihi non consentientem ea in re me habiturum, equidem arbitror. Neque uero magnas difficultates eius lectio uel interpretatio illis potest obiicere, post operam, Claudiano, a Casp. Barthio et I. M. Gesnero nauatam, qui duumiri hoc maxime poetae opusculum et ipsi summis laudibus dignum censuerunt, et doctissimis commentariis illustrarunt. Vnde mihi quoque in adspargendis notis pariori esse licuit, ac si qui forte iuuenes plura cognoscendae cupiditate inflammarentur, eos ad horum editiones ablegare.

Ipsa operis descriptio et ordo, in tanta rerum uarietate et magnitudine, admodum simplex, procedit sic, ut poeta, post breuem sollempnium in eundi consularis descriptionem, (v. 1 — 17) primum Theodosium, Africae Comitem, Honorii auum, paucis uersibus celebret, (v. 18 — 40.) deinde huius filium, Theodosium M. Honorii patrem, summis laudibus, maxime bellicis, ef-

E

ferat, (v. 41 — 120.) tum ad ipsum Honorium per-  
gat, cuius natales, pueritiam, primas dignitates, et prae-  
gressa harum quamlibet fausta omina (non sine admixta  
gentili superstitione) late describit, (v. 121 — 211.)  
Porro, post reditum ab aliqua sollemni actione in pala-  
tium Caesareum, orationem, a patre ad ipsum habitam  
fingit, in qua virtutis praecepta imperandique artem om-  
nem filio tradit; quae est pars nobilissima, ac veluti arx  
huius carminis, qua poetam sibi ipsum, apparet, maxime  
placuisse, quum eam tanta diligentia elaborauerit; (v.  
212 — 418.) Haec patris praecepta, ostendit iam, exse-  
cutum esse Honorium, 1) obeundo orbe Romano: ac vici-  
nis gentibus subiugandis, (v. 419 — 487.) 2) seruanda  
pace, otio, et legibus, (v. 488 — 517.) 3) exercendis  
artibus equestribus, quae ad bellum praeparent, (v. 518  
— 564.) Denique, postquam Honorii, quartum consu-  
latum suscepturi, in urbem aduentum, eiusque pompam  
magnificam descripsit, optima quaeque Romano imperio  
in posterum auguratur, (v. 565 — 656.)

## CL. CLAUDIANI

### De quarto Cons. Honorii Augusti Panegyris.

**A**uspiciis iterum sese regalibus annus  
Induit, et nota fruitur iactantior aula.  
Limina nec passi circum priuata morari  
Exsultant reduces Augusto Consule fasces.

2. nota fruitur — aula, Nota  
dicitur, quia per consula-  
tus praecedentes Honorii,  
annus ei quasi assuevit, ia-  
ctantior, sc. quam, esse so-  
lebat tribus praecedentibus.  
Statim in signi *μεγιστον* ac  
descriptione sollemniam in-  
eundi consulatus, carmen  
poeta ordit, quae per pro-

CONS. HONORII AVGVSTI PANEGYRIS. 67.

Cernis, vt armorum proceres, legumque potentes 5

Patricios sumunt habitus, et more Gabino

Discolor incedit legio, positisque parumper

Bellorum signis sequitur vexilla Quirini?

Lictori cedunt aquilae, ridetque togatus

Miles, et in mediis effulget Curia castris? 10

Ipsa Palatino circumuallata Senatu

Iam trabeam Bellona gerit, parmamque remouit

Et galeam, sacras humeris vectura curules.

Nec te laurigeras pudeat, Gradiue, secures

Pacata gestare manu, Latiisque micantem 15

Loricam mutare toga, dum ferreus haeret

Currus, et Eridani ludunt per prata iugales.

Haud indigna coli, nec nuper cognita Marti

Vlpia progenies, et quae diademata mundo

Sparfit, Ibera domus: nec tantae vilior vnda 20

Promeruit seriem gentis, Cunabula fovit

popoeiam *anni* etiam magis ornatur. 6. *more Gabino*. Nihil his verbis, quae antiquum vestiendi morem denotant, ad alium recentioris aevi translatis, aliud Claudianus indicat, nisi, illo die sollemni, vestitum militarem cedere debuisse, fere, vt nostra aetate ordinum militarium ductores, in saltationibus sollemnibus, depositis v. c. ocreis, calcaribus, ensibus, calceos ac tibialia serica pedibus induunt. 12. *Iam trabeam*

*Bellona gerit* etc. Trabea vestis ciuilis est, equitum maxime, pro quibus hic *Bellona* vniuerse ponitur. 16 *haeret* simpliciter dictum pro: quiescit, stat, iam non adhibetur. 17. *Eridani*, non cum *iugales*, sed cum *prata* iungendum est. Sed cur per *Eridani prata* maxime? Quia totum illud sollemne Mediolani actum est. 20 — 23. Sensus: Non poterat, nec debebat ex minori aliqua vnda, fluuio v. c. aut fonte aut riuo, tanta actualis

Oceanus: terrae dominos, pelagique futuros,  
 Immenso decuit rerum de principe nasci.  
 Hinc processit auus; cui, post Arctoa frementi  
 Classica, Massylas annexuit Africa lauros: 25  
 Ille, Caledoniis posuit qui castra pruinis,  
 Qui medios Libyae sub casside pertulit aestus,  
 Terribilis Mauro, debellatorque Britanni  
 Litoris, ac pariter Boreae vastator, et Austri.  
 Quid rigor aeternus, coeli quid sidera profunt, 30  
 Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuso  
 Orcades: incaluit Pictorum sanguine Thule:  
 Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.  
 Quis calor obsistit forti? per vasta cucurrit  
 Aethiopum, cinxitque nouis Atlantâ manipulis. 35  
 Virgineum Tritona bibit, sparsosque venenis

gens, quanta et qualis Vlpia s. Theodosia est, quam ex Oceano, aquae omnis parente, oriri. Alludit ad eos philosophos, qui aquam rerum omnium principium statuebant. 24. *auus* Theodosius Comes, mortuus a. C. 377. qui Honorii nostri primus annus fuit. Caeterum hic locus insignis vber-tatis poëticae exemplum esse potest; nam v. 24 — 29. eandem rem poeta quater, nusquam tamen sine suauitate, aut frigide, expressit. 30. *sidera*, i. e. situs, plaga, clima. Notetur h.

l. rursus insignis poëtae ars, in varianda oratione. Habet haec duas partes, Britanniam, et Africam. Quum ergo dixisset: *Quid prodest rigor*, sc. Britannis, contra Theodosium? sequi debebat: *Quid prodest calor* sc. Afris contra eundem? Sed de industria, subiectum in-vertit: *Quid calor obsistit forti?* tanquam prius dixisset: *Quid rigor obsistit forti.* Ad haec talia maxime iuuenes studiosos a magistris attentos reddi velim. Etiam sequentes versus, 35 — 40. sunt longe doctissi-



Gorgoneis vidit thalamos, et vile virentes  
 Hesperidum risit, quos ditat fabula, ramos.  
 Arx incensa Iubae, rabies Maurusia ferro  
 Cessit, et antiqui penetralia diruta Bocchi. 40

Sed laudes genitor longe transgressus auitas,  
 Subdidit Oceanum sceptris, et margine coeli  
 Clausit opes: quantum distant a Tigride Gades,  
 Inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt.

Haec tamen innumeris per se quaesita tropaeis, 45

Non generis dono, non ambitione potitus.

Digna legi virtus: vltro se purpura supplex

Obtulit, et solus meruit regnare rogatus.

Nam cum Barbaries penitus commota gementem

Irrueret Rhodopen, et misto turbine gentis 50

Iam deserta suas in nos transfunderet Arctos;

Danubii totae vomerent cum praelia ripae;

Cum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris;

Flauaque Bistonios reperirent agmina campos:

Omnibus afflictis, et vel labentibus ictu, 55

mi. 44 — 45. Hic notanda quatuor caeli plagarum non breuior, quam concinnior descriptio. 45. *per se quaesita*, int. ab eo sunt. *Per se*, sua virtute, suis laboribus. *Gesnerus*. 47. *purpura supplex*, abstractum pro concreto: Gratianus ipse, imperator, purpuram gerens, tibi societatem imperii sua sponte obtulit. 51, *Iam deserta — Arctos*, i. e. totus septentrio, a barbaris desertus. 53. *Geticis — plaustris*, pro more gentium septentrionalium, quae de plaustris pugnant. 60-69. Triplex comparatio, *prima*, a robusto viro, onus in se suscipiente, *altera*, ab eo, qui naufragium prudentia navis regundae auertit, *tertia*, ex Mythologia petita, a Phoebus, post Phaëthontis lap-

Vel prope casuris, vnus tot funera contra  
 Restitit, exstinxitque faces, agrosque colonis  
 Reddidit, et leti rapuit de faucibus vrbes.  
 Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,  
 Ni pater ille tuus iam iam ruitura subisset  
 Pondera, turbatamque ratem, certaue leuasset 60  
 Naufragium commune manu. Velut ordine raptō,  
 Cum procul insanae traherent Phaëthonta quadrigae,  
 Saeuiretque dies, terramque et stagna propinqui  
 Haurirent radii, solito cum murmure toruis 65  
 Sol occurrit equis: qui postquam rursus heriles  
 Agnouere sonos; rediit meliore magistro  
 Machina concentusque poli, currusque recepit  
 Imperium, flammaeque modum: sic traditus illi,  
 Seruatusque Oriens. At non pars altera rerum 70  
 Tradita, bis possessa manu, bis parta periclis,  
 Per varium gemini scelus erupere tyranni  
 Tractibus occiduis: hunc saeva Britannia fudit,  
 Hunc sibi Germanus famulum delegerat exsul,  
 Ausus vterque nefas, domini respersus vterque 75  
 Infantis iugulo. Nouitas audere priori

fum machinam vniuersi in  
 ordinem i redigente. 64.  
 dies effectus pro causa, dies  
 pro calore et ignibus. 65.  
 haurirent, exhaurirent, sc.  
 humoribus. 70. pars altera  
 rerum, h. e. Occidens. 72-  
 gemini — tyranni, Maxi-  
 mus, e Britannia, Arboga-

stes, e Germania. 74. Ger-  
 manus — exsul: Eugenius,  
 rhetor, ab Arbogaste impe-  
 rator subornatus. 75-76.  
 Ausus vterque — domini —  
 vterque — iugulo. Domini  
 sunt Gratianus, et Valenti-  
 nianus II, ille a Maximo,  
 per Andragathium, hic ab

Suadebat, cautumque dabant exempla sequentem,  
 Hic noua moliri praeceps: hic quaerere tuta  
 Prouidus; hic fufis, collectis viribus ille.  
 Hic vagus excurrens: hic intra claustra reductus, 80  
 Diffimiles: sed morte pares; euadere neutri  
 Dedecus, aut mistis licuit procumbere telis.  
 Amiffa specie, raptis insignibus, ambo  
 In vultus rediere fuos, manibusque reuinctis  
 Oblati, gladiis submittant colla paratis, 85  
 Et vitam veniamque rogant. Pro damna pudoris!  
 Qui modo tam denfas nutu mouere cohortes,  
 In quos iam dubius sese libraverat orbis,  
 Non hoftes victore cadunt, fed iudice fontes.  
 Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos. 90  
 Amborum periere duces; hic fponde carina  
 Decidit in fluctus: illum fuus abftulit enfis:  
 Hunc Alpes, hunc Pontus habet. Solatia caefis  
 Fratibus haec vltor tribuit: necis auctor vterque;  
 Labitur; anguftas par victima mitigat Vmbra. 95  
 Has dedit inferias tumulis, iuuenumque duorum

Eugenio per Arbogasten, interfectus, nouitas, noui et imperati fuffeffus. priori, Maximo. 77. fequentem, Eugenium. Hunc enim Maximi interitus cautiorem reddidit. 82. *miftis — telis*, in acie, et aperto praelio, auf dem Bette der Ebre. 83-85. Sensus est: Vterque ad priftinam feruilem conditio-

nem (*vultus fuos*, h. e. qui ipfos proprie decebant) reiecti, a iudice capitis damnabantur. 88. *librauerat*, inclinauerat, modo in hunc modo in illum, fuo pondere. 89. 90. Versus ipfa concinnitate admirabiles. 91. *hic*, Andragathius. 92. *illum*, Arbogasten. 93. *caefis fratribus*, Gratiano et

Purpureos merito placavit sanguine Manes.  
 Illi iustitiam confirmauere triumphi;  
 Praesentes docuere Deos. Hinc saecula discant,  
 Indomitum nihil esse pio, tutumque nocenti. 100  
 Nuntius ipse sui longas incognitus egit,  
 Praeuento rumore, vias, inopinus vtrumque  
 Perculit, et clausos montes, vt plana, reliquit.

Exstruite immanes scopulos, attollite turres,  
 Cingite vos fluuiis, vastas opponite silvas, 105  
 Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem,  
 Permissis sociate iugis, et rupibus Aemum  
 Addite Caucasus: inuoluite Pelion Ossae:  
 Non dabitis murum sceleri: qui vindicat, ibit.  
 Omnia subsident meliori peruia caussae. 110

Nec tamen oblitus ciuem, cedentibus atrox  
 Partibus infremuit. Non insultare iacenti  
 Malebat: mitis precibus, pietatis abundans,  
 Poenae parcus erat: paci non intulit iram.  
 Post acies odiis idem, qui terminus armis. 115  
 Profuit hoc vincente capi, multosque subactos  
 Prospera laturae commendauere catenae.

Magnarum largitor opum, largitor honorum

Valentiniano II. *ultor*. Theodosius M. 98. *Illi — triumphi*, int. Theodosii M. de Maximo et Eugenio acti, iustitiam diuinam demonstrarunt. 101. *Nuntius ipse sui*, sc. Theodosius. 104. *Exstruite*, rebel-

les quasi praesentes alloquitur poeta. 109. *ibit*, transibit, ista claustra, penetrabit, perumpet, vindex aliquis a Deo immissus, 112. *infremuit*, crudelem se exhibuit. 117. *Prospera laturae*, i. e. allaturae sc.

Pronus, et in melius gaudens conuertere fata.

Hinc amor, hinc validum devoto milite robur; 120

Hinc natis mansura fides: hoc nobilis ortu

Nasceris, aequaeva cum maiestate creatus,

Nullaque priuatae passus contagia fortis.

Omnibus acceptis vltro te regia solum

Protulit, et patrio felix adolescens in ostro, 125

Membraque, vestitu numquam temerata profano,

In sacros cecidere sinus. Hispania patrem

Auriferis eduxit aquis: te gaudet alumno

Bosporus. Hesperio de limine surgit origo:

Sed nutrix Aurora tibi. Pro pignore tanto 130

Certatur: geminus te ciuem vindicat axis,

Herculis et Bromii sustentat gloria Thebas;

Haesit Apollineo Delos Latonia partu,

Cretaque se iactat, tenero reptata Tonanti.

Sed melior Delo, Dictaeis clarior oris, 135

Quae dedit hoc Numen, regio. Non litora nostro

fata. 118. *largitor* sc. fuit.

121. *Hinc natis mansura*

*fides*, hinc omnes ciues tui

et exercitus non tibi tan-

tum, sed toti etiam genti

tuae fidem seruabunt per-

petuo. 122-127. *aequaeva*

*— cecidere sinus*. Totus lo-

cus egregie poëticus, nihil

aliud describit, nisi talem,

qualem posteriora tempora

*Bo phyrogennetam* appella-

runt i. e. qui, patre impe-

rante, demum nascitur. Ta-

lis utique Honorius erat,

quum Theodosius, a. C. 379

Imperator esset factus, ille

autem quinquennio post, a.

C. 384. nasceretur. 128.

*Auriferis — aquis*, Tagi

fluminis. 129-131. Vide,

quomodo pariam rem, lo-

cum natalem, ingenium

poetae statim ad maius

quiddam accommodet. 133.

*Haesit*, h. e. quum ante in

Sufficerent angusta Deo: nec inhospita Cynthi  
Saxa tuos artus duro laefere cubili.

Acclinis genitrix auro, circumflua gemmis,

In Tyrios enixa toros: vlulata verendis **140**

Aula puerperiis. Quae tunc documenta futuri?

Quae voces auium? quanti per inane volatus?

Quis vatum discursus erat? Tibi corniger Ammon,

Et dudum taciti rupere silentia Delphi,

Te Persae cecinere Magi, te sensit Etruscus **145**

Augur, et inspectis Babylonius horruit astris.

Chaldaei stupuere senes, Cumanaque rursus

Intonuit rupes, rabidae delubra Sibyllae.

Nec te progenitum Cybeleius aere sonoro

Lustravit Corybas: exercitus vndique fulgens **150**

Adstitit. Ambitus signis angustior infans

Sentit adorantes galeas, redditque ferocem

Vagitem lituis. Vitam tibi contulit idem,

Imperiumque dies. Inter cunabula Consul

Prouehēris, signas posito modo nomine fastos, **155**

Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.

Ipsa Quirinali paruum te cinxit amictu

mari vaga nataisset, a Neptuno tandem fixa est. 140. *vlulata*, strepitum, clamores, et tumultum exprimit, siue de puerpera ipsa, siue de gratulantibus intelligas. Vtrumque ferri potest, et auctores habet doctos interpretes. 141-148. Luxu-

ria poëtica in fingendis faustis ominibus. *Rupere silentia*, ad quae dudum videlicet fuerant quasi condemnati. *Horruit* Babylonius, quia tuam praeuidebat magnitudinem. 149-150. *Nec te* — *Corybas*, sicuti Iouem, recens natum. 152. *ferocem*

Mater, et ad primas docuit reptare curules.

Vberibus sanctis, immortalique Dearum

Crescis adoratus gremio: tibi saepe Diana 160

Maenaios arcus, venatricesque pharetras

Suspendit, puerile decus: tu saepe Mineruae

Lufisti clypeo, fuluamque impune pererrans

Aegida, tractasti blandos interritus angues.

Saepe tuas etiam, iam tum gaudente marito, 165

Velavit Regina comas, festinaque voti

Praesumptum diadema dedit: tum laenibus vlnis

Sustulit, et magno porrexit ad oscula patri.

Nec dilatus honos; mutatus principe Caesar

Protinus aequaris fratri: nec certius vnquam 170

Hortati Superi: nullis praesentior aether

Affuit omnibus: tenebris inuoluerat atra

Lumen hiems, densosque Notus collegerat imbres.

Sed mox, cum solita miles te voce leuasset,

Nubila dissoluit Phoebus, pariterque dabantur 175

sceptra tibi, mundoque dies. Caligine liber

Bosporus aduersam patitur Chalcedona cerni.

*Vagitum*, Magnum et sub-  
lime epitheton, dum ne  
Honrius eum diceretur  
edidisse. 159. *Vberibus san-*  
*ctis*, cum Gesnero de fictio-  
ne poetae intelligendum,  
censeo, quasi Iunonem aut  
Cererem lactasse Honorium  
dicat. 160. *tibi* h. e. in vsus  
tuos futuros. 163. *impune*,  
ita, vt non, sicut alii mor-

tales, eius adspectu obri-  
gesceres. 170. *fratri*, Ar-  
cadio; *nec certius*, nec vn-  
quam certioribus omnibus  
Dii, approbationem suam  
significarunt. 147. *solita* —  
*voce leuasset*, consueta ac-  
clamatione te in tribunal  
vel clypeum sustulisset, ex  
more illorum temporum.  
177. *aduersam* e regione

Nec tantum vicina nitent: sed tota repulsis  
 Nubibus exiit Thrace, Pangaea renident,  
 Insuetosque palus radios Maeotica vibrat. 180  
 Non Boreas nimbos, non Sol ardentior egit.  
 Imperii lux illa fuit; praefagus obibat  
 Cuncta nitor: risitque tuo natura sereno.  
 Visa etiam medio populis mirantibus audax  
 Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso 185  
 Languida, sed, quantus numeratur nocte Bootes.  
 Emicuitque plagis alieni temporis hospes  
 Ignis, et agnosci potuit, cum Luna lateret,  
 Siue parens Augusta fuit, seu forte reluxit  
 Divi fidus aui, seu te properantibus astris 190  
 Cernere sol patiens coelum commune remisit:  
 Apparet, quid signa ferant. Ventura potestas  
 Claruit Ascanio, subita cum luce comarum  
 Innocuus flagraret apex, Phrygioque volutus  
 Vertice, fatalis redimiret tempora candor. 195  
 At tua coelestes illustant omina flammae,

Constantinopoleos, in Asia  
 iacentem. 179. *Pangaea*,  
 sc. culmina, aut simile.  
 Pangaeus, Thraciac mons.  
 181. *ardentior*, nomen ad-  
 iectivum, pro adverbio *ar-*  
*dentius*, i. e. celerius, cita-  
 tius. 184. *audax*; Audaciam  
 stellae tribuit, valde publi-  
 citer, quasi illa *auderet*  
 claro die apparere. Haud  
 dubie tota res est fictio poë-

tica. 189. *parens Augusta*,  
 Aelia Flaccilla, Theodosii  
 coniux prior, a. C. 385 mor-  
 tua; altera fuit Galla Pla-  
 cidia, a. C. 390. vita defun-  
 cta. 191 *caelum commune*  
*remisit*. Sensus: sol permi-  
 sit alicui stellae, vt secum  
 communiter, h. e. claro die,  
 in caelo appareret. 192 —  
 195. vid. Virgil. Aen. 2, 682.  
 ad quem locum Claudianus



Talis ab Idaeis primaevus Iupiter antris  
 Possessi stetit arce poli, famulosque recepit,  
 Natura tradente, Deos, lanugine nondum  
 Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant 200  
 Moturae conuexa comae: tum scindere nubes  
 Discebat, fulmenque rudi torquere lacerto.  
 Laetior augurio genitor, natisque superbus  
 Iam paribus, duplici fultus consortē redibat,  
 Splendebatque pio complexus pignora curru. 205  
 Haud aliter summo gemini cum patre Lacones,  
 Progenies Ledaëa, sedent: in utroque relucet  
 Frater, utroque soror; simili chlamys effluit auro:  
 Stellati pariter crines, iuvat ipse Tonantem  
 Error, et ambiguae placet ignorantia matri: 210  
 Eurotas proprios discernere discit alumnos.

Vt domus excepit reduces, ibi talia tecum  
 Pro rerum stabili fertur ditione locutus:

alludit. *Fatalis candor* a  
 fatis, a Deo immissus. Ho-  
 norium in eo praesert Ascra-  
 nio, quod in huius capite,  
 h. e. in terris modo, omen  
 apparuerit, illius vero causa  
 ipsum caelum arserit. 199.  
*Natura tradente.* Gesne-  
 rus hic locum Callimachi,  
 hymn. in Iov. v. 66. sqq.  
 comparat; quem ego huic  
 nostro non esse similem pu-  
 to. Callimachus enim caus-  
 sas commemorat, *cur* Ioui  
 imperium traditum sit; sed

Claudianus dicit, *quis ei*  
 tradiderit. Si quid video,  
 nonnulla h. l. Spinozismi  
 sunt vestigia. 203 *genitor*,  
 tuus sc. Theodosius. 206.  
*Lacones*, Castor et Pollux,  
 Ledaë, ex Ioue filii, Hele-  
 naë fratres. 211. *Eurotas*  
 flumen prope Spartam, ubi  
 iuventus se exercebat lu-  
 dendo, currendo, nando  
 etc. 213. *pro stabili -- di-*  
*tione*, i. e. ut te idoneum  
 redderet ad imperium, quod  
 ex eius veluti manu accep-

»Si tibi Parthorum folium fortuna dediffet,  
 »Care puer, terrisque procul venerandus Eois 215  
 Barbarus Arfacio confurgeret ore tiaras:  
 Sufficeret sublime genus, luxuque fluentem  
 Deside nobilitas poffet te sola tueri.  
 Altera Romanae longe rectoribus aulae  
 Conditio; virtute decet, non fanguine niti: 220  
 Maior et vtilior fato coniuncta potenti,  
 Vile latens virtus. Quid enim fubmerfa tenebris  
 Proderit obscuro? Veluti fine remige puppis,  
 Vel lyra, quae reticet, vel, qui non tenditur, arcus.  
 Hanc tamen haud quisquam, qui non agnouerit ante 225  
 Semet, et incertos animi placauerit aestus,  
 Inueniet. Longis illuc ambagibus itur.

Disce orbi, quod quisque fibi. Cum conderet artus  
 Nostros, aetheriis miscens terrena Prometheus,  
 Sinceram patri mentem furatus Olympo, 230

turus effes, firmandum et  
 stabiliendum. 214. *Si tibi.*  
 Incipit hic pulcherrima il-  
 la oratio, omnem paene  
 philofophiae moralis et ar-  
 tis imperandi ambitum com-  
 plexa. 216. *Arfacio confur-*  
*geret ore.* *Confurgeret ex-*  
*quisite pro inesset aut cer-*  
*neretur,* vt simul modus,  
 quo *inest,* aut *cernitur,* ex-  
 primatur. *Os* h. l. totum  
 caput est. *Arfacium* dici-  
 tur, ab Arface, regni Par-  
 thici conditore, a quo suc-

cessores omnes *Arfacidae*  
 appellati. 222. *latens,* h. e.  
 quando inest homini infi-  
 mae fortis ac fortunae. 226.  
*incertos,* ita vocat aestus  
 animi seu affectus, quate-  
 nus vel recte iis vti, vel  
 male, solemus, prodesse,  
 vel obesse, humani generis  
 vel σωτηρίας, vel pestes esse  
 possumus. 227. *ambagibus,*  
 non malo sensu, sed sim-  
 pliciter pro *longa via.* 228.  
*Disce orbi, quod quisque fibi,*  
 h. e. alii suae modo felici-

Continuit claustris, indignantemque reuinxit,  
 Et, cum non aliter possent mortalia fingi,  
 Adiunxit geminas. Illae cum corpore lapsae  
 Intereunt; haec sola manet, bustoque superstes  
 Euolat. Hanc alta capitis fundauit in arce **235**  
 Mandatricem operam, prospecturamque labori:  
 Illas inferius collo, praeceptaque summae  
 Passuras dominae, digna statione locauit.  
 Quippe opifex, veritus confundere sacra profanis,  
 Distribuit partes animae, sedesque remouit. **240**  
 Iram sanguinei regio sub pectore cordis  
 Protegit, imbutam flammis, auidamque nocendi,  
 Praecipitemque sui: rabie succensa tumescit;  
 Contrahitur stupefacta metu. Cuique omnia secum  
 Duceret, et requiem membris vesana negaret; **245**  
 Inuenit pulmonis opem, madidumque furenti  
 Praebuit, vt tumidae ruerent in mollia fibrae.  
 At sibi cuncta petens, nil collatura cupido  
 In iecur, et tractus imos compulsa recessit.  
 Quae, velut immanes referat dum bellua rictus, **250**  
 Expleri, pascique nequit: nunc verberare curas  
 Torquet auaritiae, stimulis nunc flagrat amorum,

tatis causa haec discunt, tu  
 et tua, et ciuium causa simul  
 debes discere. 231. clau-  
 stris, int. corporis. 233. ge-  
 minas, sc. mentes alias, sed  
 improprie dictas. 236. pro-  
 specturamque labori, i. e.  
 quae non modo corpori

pena det, sed et, vt ea  
 recte soluantur, procuret.  
 244. secum duceret, est ab-  
 riperet, auferret, vastaret,  
 suo impetu. 246. madidum,  
 pulmonem scil. 249. com-  
 pulsa recessit, ornate pro  
 compulsa est. 251-52. curas

Nunc gaudet, nunc moesta dolet, fatiataque rursus  
Exoritur, caesaque redit pollentius Hydra.

Hos igitur si quis potuit sedare tumultus, 255

Inconcussa dabit purae sacraria menti.

Tu licet extremos late dominere per Indos,

Te Medas, te mollis Arabs, te Seres adorent,

Si metuis, si parua cupis, si duceris ira,

Seruitii patiere iugum: tolerabis iniquas 260

Interius leges. Tunc omnia iure tenebis,

Cum poteris rex esse tui: procliuior usus

In peiora datur, suadetque licentia luxum,

Illecebrisque effraena fauet. Tunc viuere caste

Asperius, cum prompta Venus. Tunc durius irae 265

Consultitur, cum poena patet. Sed comprime motus:

Nec, tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,

Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Hoc te praeterea crebro sermone monebo,

Vt te totius medio telluris in orbe 270

Viuere cognoscas: cunctis tua gentibus esse

Facta palam: nec posse dari regalibus vsquam

*torquet*, exquisitius, quam  
*torquet hominem, curis ob-*  
*rutum.* 256. *Inconcussa* —  
*menti*, hoc est, efficit, vt  
sublimior illa animi velut  
pars, mens pura, τὸ ἡγερμο-  
νικόν, libentius, iucundius  
ac tutius in sacratio suo,  
corpore, habitare possit.

262-64. *procliuior* — *fauet*.  
Ante haec subaudienda hic  
propositio: *si rex aut im-*  
*perator sis, adeoque nemo*  
*te ulla re prohibere possit.*  
267. *decebit*, paulo insolent-  
tius, haud dubie, metri  
caussa, pro *deceat*. 269. *cre-*  
*bro sermone*, i. e. quasi tibi

Secretum vitiis. Nam lux altissima fati  
 Occultum nihil esse finit, latebrasque per omnes  
 Intrat, et abstrusos implorat fama recessus. 275  
 Sis pius in primis. Nam cum vincamur in omni  
 Munere, sola Deos aequat clementia nobis.  
 Neu dubie suspectus agas: neu falsus amicis,  
 Rumorumue avidus. Qui talia curat, inanes  
 Horrebit strepitus, nulla non anxius hora. 280  
 Non sic excubiae, non circumstantia pila,  
 Quam tutatur amor. Non extorquebis amari:  
 Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.  
 Nonne vides, operum quî se pulcherrimus ipse  
 Mundus amore liget, ne vi connexa per aeuum 285  
 Conspirent elementa sibi? quî limite Phoebus  
 Contentus medio, contentus litore Pontus?  
 Et, qui perpetuo terras ambitque vehitque,  
 Nec premat incumbens oneri, nec cesserit aër?  
 Qui terret, plus ipse timet. Sors ista tyrannis 290  
 Conuenit: inuideant claris, fortesque trucidant,  
 Muniti gladiis viuant, septique venenis  
 Ancipites habeant artes, trepidique minentur.

eum saepius repetiissem.  
 273. lux altissima fati, or-  
 nate, pro conditio, qua for-  
 tuna nos super alios multum  
 euexit. 276. Sis prius in pri-  
 mis, non tam de pietate in  
 Deum, angustius dicta, quam  
 in homines, patriam, ciues,  
 intelligendum esse, docent

statim sequentia. 277. sola  
 — nobis pronos aequat Diis.  
 278. dubie suspectus, pro  
 suspiciosus, diffidens, sensu  
 actiuo. 282. amari τὸ φι-  
 λᾶσαι, substantiue. 283. al-  
 ternata fides mutua, quum  
 alteri alter, cui princeps, et  
 vicissim, fidit, 292. Ancipi-

F

Tu ciuem patremque geras: tu consule cunctis,  
 Non tibi: nec tua te moueant, sed publica, vota. 295  
 In commune iubes si quid, censesque tenendum:  
 Primus iussa subi, Tunc obseruantior aequi  
 Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum  
 Auctorem parere sibi: componitur orbis  
 Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus 300  
 Humanos edicta valent, vt vita regentis.  
 Mobile mutatur semper cum principe vulgus.  
 His tamen effectis, neu fastidire minores,  
 Neu pete praescriptos homini transcendere fines.  
 Inquinat egregios adiuncta superbia mores. 305  
 Non tibi tradidimus dociles seruire Sabaeos;  
 Armeniae dominum non te praefecimus orae;  
 Non damus Assyriam, tenuit quam femina, gentem:  
 Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:  
 Qui nec Tarquinii fastus, nec iura tulere 310  
 Caesaris. Annales veterum delicta loquentur.  
 Haerebunt maculae. Quis non per saecula damnat  
 Caesareae portenta domus? quem dira Neronis  
 Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit,

*tes artes*, i. e. tales, quae non modo aliis, sed etiam ipsis, nocere possint, v. c. vis, scelus, venena, tela, fraudes. 295. *Non tibi*, non prohibet his verbis consuleri suis rebus principem, sed posuit, pro: non tam tibi, quam cunctis, 298. *ferre*, scil. *leges tuas*, tanquam onus. 304. *Neu pete*, h. e. aude, *lass dir auch nicht etwa einfallen*. 306-308. Commemorat meras gentes barbaras et mollitiae infames; quibus Romanos deinde possit opponere. 312. *Haerebunt maculae*, breui-

Incesto possessa seni? Victura feretur 315

Gloria Traiani: non tam quod, Tigride victo,  
 Nostra triumphati fuerint prouincia Parthi,  
 Alta quod inuectus, fractis, Capitolia, Dacis,  
 Quam, patriae quod mitis erat. Ne desine tales,  
 Nate, sequi. Si bella tonant, prius agmina duris 320  
 Exerce studiis; et faeuo praestruere Marti.

Non brumae requies, non hibernacula segnes  
 Eneruent torpore manus. Ponenda salubri  
 Castra loco: praebenda vigil custodia vallo.

Disce, vbi densari cuneos, vbi cornua tendi 325  
 Aequius, aut iterum flecti: quae montibus aptae,  
 Quae campis acies, fraudi quae accommoda vallis:  
 Quae via difficilis? Fidit si moenibus hostis,

Tum tibi muralis librato machina pulsu  
 Saxa rotet; praiceps aries, protectaque portas 330

Testudo feriat: ruat emerfura iuventus  
 Effossi per operta soli. Si longa moretur

Obsidio: tum vota caue fecura remittas,  
 Inclusumque putes. Multis damnosa fuere

loquentia; deest enim pro-  
 positio: Si quis sibi aut si  
 tu ipse tibi, aliquas inusse-  
 ris. Hoc iam exemplis il-  
 lustrat. 315. *Incesto - seni*  
 Tiberio Caesari, de cuius  
 turpi in illa insula secessu  
 multa habet Suetonius. 321.  
*praestruere* ad bellum, prae-  
 para. 322. 323. *Non brumae*  
*— manus,* vti quondam

Hannibali cum suis, post  
 pugnam Cannensem, Ca-  
 puae accidit. Hoc exem-  
 plum haud dubie in animo  
 habuit, quum hos versus  
 scribebat. 325-31. Quae his  
 versibus describuntur, iu-  
 ventuti per figuras potius,  
 aeri incisae, a Lipsio etc.  
 quam multis verborum nu-  
 dorum ambagibus, demon-

Gaudia; dispersi pereunt, somnove soluti. 335  
 Saepius incautae nocuit victoria turbae.  
 Neu tibi regificis tentoria larga redundant  
 Deliciis, neue imbelles ad signa ministros  
 Luxuries armata trahat: neu flantibus Austris,  
 Neu pluuiis cedas: neu defensura calorem 340  
 Aurea summoueant rapidos umbracula Soles.  
 Inuentis vtare cibus: solabere partes  
 Aequali sudore tuas; si collis iniquus,  
 Primus ini; sylvam si caedere prouocat vsus,  
 Sumta ne pudeat quercum strauisse bipenni; 345  
 Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum  
 Praetentet sonipes. Fluiuos tu protere cursu  
 Haerentes glacie: liquidos tu scinde natatu:  
 Nunc eques in medias equitum te confere turmas:  
 Nunc pedes assistas pediti: tum promptius ibunt 350  
 Te socio: tum conspicuus gratusue feretur  
 Sub te teste labor. — »Dicturum plura parentem  
 Voce subis: —« Equidem, faueant modo Numina  
 coeptis,  
 Haec effecta dabo: nec me fratrique, tibi que  
 Dissimilem populi, commissaque regna videbunt. 355

stranda sunt. 338-39. *neue imbelles* — *trahat*, ornate, *ne tu tecum ipse trahas imbelles ministros* i. e. cateruam hominum inutilem, calones, lixas, foeminas, equos phaleratos, quales v. c. Francogallorum ducum bello septenni huius saeculi, comitatus per Germaniam fuisse constat. 342. *Inuentis*, quos casu quolibet in loco inueneris, non multo demum labore aut arte apparatus. 348. *Haerentes*, concretos, cohaerentes.



Sed cur non potius, verbis quae differis, vsu  
 Experior? gelidas certe nunc tendis in Alpes:  
 Duc tecum comitem; figant, sine, nostra tyrannum  
 Spicula: pallefcatur nostro, sine, Barbarus arcu.  
 Italiamne feram, Furiis praedonis acerbi 360  
 Subiectam? patiar Romam feruire clienti?  
 Vsque adeone puer? Nec me polluta potestas,  
 Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?  
 Per strages equitare libet: da protinus arma.  
 Cur annos obicis? pugnae cur arguor impar? 365  
 Aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus  
 Verteret, et patri non degeneraret Achilli.  
 Denique si princeps castris haerere nequibo,  
 Vel miles veniam. — Delibat dulcia nati  
 Oscula, miratusque refert: »Laudanda petisti; 370  
 Sed festinus amor, Veniet robustior aetas;  
 Ne propera, Nec dum decimas emensus aristas  
 Aggrederis metuenda viris: vestigia magnae  
 Indolis agnosco. Fertur Pellaeus, Epum  
 Qui domuit Porum, cum prospera saepe Philippi 375  
 Audiret, laetos inter fleuisse sodales,  
 Nil sibi vincendum patris virtute relinqui.

360. 61. *praedonis* — *clien-  
 ti*, hos duumuiros Euge-  
 nium et Arbogasten esse,  
 certum est; vtrum *clientem*  
 appellet, definire non au-  
 deo; nec multum interest.  
 363. *cognati* — *cruoris*, Va-  
 lentiniani II. caedem per

Arbogasten intelligit, 376.  
*laetos* — *fleuisse sodales*.  
 Notetur oppositio inter *fle-  
 uisse*, et *laetos*, qua indica-  
 tur, sensum illum ambitio-  
 nis Alexandrum, etsi adhuc  
 puerum, tamen ita pupu-  
 gisse, vt ne laetis quidem

Hos video motus, fas fit promittere patri;  
 Tantus eris: nostro nec debes regna fauori,  
 Quae tibi iam natura dedit. Sic mollibus olim 380  
 Stridula ducturum pratis examina regem  
 Nascentem venerantur apes, et publica mellis  
 Iura petunt, traduntque fauos. Sic pascua paruus  
 Vindicat, et nec dum firmatis cornibus audax  
 Iam regit armentum vitulus. Sed proelia differ 385  
 In iuuenem, patiensque meum cum fratre tuere,  
 Me bellante, locum. Vos impacatus Araxes,  
 Vos celer Euphrates timeat: fit Nilus vbiq̄ue  
 Vester, et, emissio quicquid Sol imbuit ortu.  
 Si pateant Alpes, habeat si causa secundos 390  
 Iustior euentus, aderis, partesque receptas  
 Suscipies, animosa tuas ut Gallia leges  
 Audiatur, et nostros aequus modereris Iberos.  
 Tunc ego securus fati, laetusque laborum  
 Discedam, vobis vtrumque regentibus axem. 395  
 Interea Musis, animus dum mollior, insta,  
 Et quae mox imitere, legas: nec desinat vnquam  
 Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.  
 Antiquos euolue duces: affuesce futurae  
 Militiae: Latium retro te confer in aeuum. 400  
 Libertas quaesita placet? mirabere Brutum.

sodalium vultibus et ludis pro cuiusque parte et fa-  
 opprimi potuerit. 378. *fas-* ciendum et absumendum fit  
*fit* h. e. sufficiat tibi. 382. 389. *imbuit*, audaciori tropo  
*publica mellis iura petunt,* vtitur: imbuit, sc. igneo qua-  
*pro:* quantum sibi mellis, si flumine. 391. *receptas*, sc.

Perfidiam damnas? Metii satiabere poenis.  
 Triste rigor nimius? Torquati respue mores.  
 Mors impensa bonum? Decios venerare ruentes.  
 Vel solus, quid fortis agat, te, ponte soluto, 405  
 Oppositus Cocles, Mucii te flamma docebit.  
 Quid mora perfringat, Fabius: quid rebus in arctis  
 Dux gerat, ostendat Gallorum strage Camillus:  
 Discitur hinc, nullos meritis obsistere casus.  
 Prorogat aeternam feritas tibi Punica famam, 410  
 Regule; successus superant aduersa Catonis.  
 Discitur, in quantum paupertas sobria possit.  
 Pauper erat Curius, cum Reges vinceret armis.  
 Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum:  
 Sordida Serranus flexit Dictator aratra: 415  
 Lustratae licetore casae, fascesque salignis  
 Postibus affixi: collectae Consule messes,  
 Et sulcata diu trabeato rura colono.

Haec genitor praecepta dabat. Velut ille carinae  
 Longaeuus rector, variis quem saepe procellis 420  
 Exploravit hiems, Ponto iam fessus et annis,  
 Aequeoreas alni nato commendat habenas,  
 Et casus, artesque docet, quo dextra regatur

ab hostibus, Maximo et Eugenio. 405. *quid fortis agat*, i. e. quantum efficiat, vel non adiutus milite. 411. *successus*, aliorum sc. vel prosperrimus. Vna Catonis mors mille Caesaris victoriis anteferenda etc.

417. 18. *collectae — colono*: Sensus: multo ante, quam consul fieret, ruri egerat, et opus fecerat. 423. *quo dextra regatur sidere*, i. e. cuius nam sideris aspectus eum doceat, quo dextra ipsius nauem debeat impel-

Sidere; quo fluctus possint moderamine falli:  
 Quae nota nimborum; quae fraus infida sereni: 425  
 Quid Sol occiduus prodat: quo faucia vento  
 Decolor iratos attollat Cynthia vultus,  
 Adspice nunc, quacunq[ue] micas, seu circulus Austri  
 Magne parens, gelidi seu te meruere Triones:  
 Adspice; completur votum, iam natus adaequat 430  
 Te meritis, et, quod magis est optabile, vincit  
 Subnixus Stilicone tuo; quem fratribus ipse  
 Discedens clypeum defenforemque dedisti.  
 Pro nobis nihil ille pati, nullumque recusat  
 Discrimen tentare sui: non dura viarum, 435  
 Non incerta maris. Libyae squalentis arenas  
 Audebit superare pedes, madidaque cadente  
 Pleiade, Gaetulas intrabit Syrtibus undas.  
 Hunc tamen inprimis populos leuitate feroces,  
 Et Rhenum pacare iubes, Volat ille citatis 440  
 Vectus equis, nullaque latus stipante caterua,  
 Aspera nubiferas qua Rhaetia porrigit Alpes,

lere, 424. *fluctus* — *falli*.  
*Falluntur* fluctus, si nauta  
 iis nec resistat recta via, nec  
 se auferri prorsus ab iis si-  
 nat. 429. *Magne parens*,  
 Theodosium M. iam allo-  
 quitur, tanquam inter side-  
 ra, siue Australia, huc Bo-  
 realia, relatum 430, 31.  
 Turpem hic quidem adula-  
 torem Claudianus agit, te-  
 clamante historia, eo tan-  
 tum quodammodo toleran-

dus, quod partem laudis in  
 Stilichonem reiicit. 438.  
*Gaetulas intrabit Syrtibus*  
*undas*. *Syrtibus* potest esse  
*per Syrtes*, satis commode,  
 sed commodius tamen Ges-  
 nerus explicat per ablati-  
 uum temporis, pro: *quando*  
*Syrtes maxime periculosae*,  
 vt Latini dicunt, *gladiato-*  
*ribus, ludis* etc. 439. *Hunc*,  
 Stilichonem haud dubie  
 intelligit. 442. *porrigit*,

Pergit, et hostiles (tanta est fiducia!) ripas  
 Incomitatus adit: totum properare per amnem  
 Attonitos humili Reges ceruice videres. 445  
 Ante ducem nostrum flauam sparsere Sicambri  
 Caesariem, pavidoque orantes murmure Franci  
 Procubuere solo. Iuratur Honorius absens,  
 Imploratque tuum supplex Alemania nomen.  
 Bastarnae venere truces, venit accola Syluae 450  
 Bructerus Hercyniae, latisque paludibus exit  
 Cimber, et ingentes Albim liquere Cherusci.  
 Accipit ille preces varias, tardeque rogatus  
 Annuit, et magno pacem pro munere donat.  
 Nobilitant veteres Germanica foedera Drufos, 455  
 Marte sed ancipiti, sed multis cladibus emta.  
 Quis victum meminit sola formidine Rhenum?  
 Quod longis alii bellis potuere mereri,  
 Hoc tibi dat Stiliconis iter. Post otia Galli  
 Limitis, hortaris Graias fulcire ruinas. 460  
 Ionium tegitur velis, ventique laborant  
 Tot curuare sinus, seruaturasque Corinthum  
 Prosequitur facili Neptunus gurgite classes.

spectandas praebet. 444.  
 amnem, Rhenum. 446. 47.  
 sparsere — Caesariem, alii  
 fudere, non male. Vtrum-  
 que subiectionis signum, ac  
 seditionis. Caeterum a v.  
 446-52. περισπός est admo-  
 dum splendidus. 452-54.

tarde — magno — munere.  
 Vult indicare, quam beatos  
 illi se populi crediderint, si  
 se Honorius, post longas  
 preces, exorari tandem pal-  
 tus esset. 459. iter. Ergo  
 ne expeditione quidem bel-  
 lica opus erat, sed solo iti-  
 nere. 460. Hortaris, nem-

Et puer, Isthmiaci iam pridem litoris exsul,  
 Secura repetit portus cum matre Palaemon. 465  
 Plaustra cruore natant: metitur pellita iuuentus.  
 Pars morbo, pars ense perit. Non lustra Lycaeï,  
 Non Erymantheae iam copia sufficit vmbrae,  
 Innumeris exusta rogis, nudataque ferro:  
 Sic flagrasse suas laetantur Maenala sylvas. 470  
 Excutiat cineres Ephyre, Spartanus et Arcas  
 Tutior exfangues pedibus proculcet aceruos,  
 Fessaque pensatis respiret Graecia poenis.  
 Gens, qua non Scythicos diffusior vlla Triones  
 Incoluit: cui paruus Athos, angustaque Thrace, 475  
 Cum transfret, erat: per te, viresque tuorum  
 Fracta ducum, lugetque sibi iam rara superstes;  
 Et, quorum turbae spatium vix praebuit orbis,  
 Vno colle latent: fitiens inclusaque vallo  
 Ereptas quaesivit aquas, quas, hostibus ante 480  
 Contiguas, alio Stilico deflexerat actu,

pe Stilichonem tuum. 465. *secura* — *cum matre*, quod iam a barbaris tutos se vident. Palaemonem ideo fortasse *exulem Isthmiaci litoris* a poeta dici, Gesnerus putabat, quod ludos Isthmicos intermissos, propter barbarorum incuriones, queri vellet. 466. *pellita iuuentus*. Perpetuum hoc, apud Claudianum, et coaeuos, *barbarorum*, in primis *Gothorum* et *Sar-*

*matarum* etc. et h. l. septentrionalium, populorum est epitheton, etsi diserte nomen gentis non adiicitur. 467-70. *non lustra* — *Maenala silvas*. Sensus: Vix omnes Arcadiae sylvae et ligna ad exurenda barbarorum caesorum cadauera sufficiunt. *Copia vmbrae*, est effectus pro causa, *copia lignorum*. *Nudata ferro*, h. e. bipennium ope arboribus suis spoliata. 474-

Mirantemque nouas ignota per auia valles  
 Iufferat auerso fluuium migrare meatu.  
 Obuia quid mirum vinci, cum Barbarus vltro  
 Iam cupiat feruire tibi? Tua Sarmata discors 485  
 Sacramenta petit: proiecta fraude Gelonus  
 Militat. In Latios ritus transfistis Alani.

Vt fortes in Marte viros, animisque paratos,  
 Sic iustos in pace legis, longumque tueris  
 Electos, crebris nec succedentibus vrges: 490  
 Iudicibus notis regimur, fruimurque quietis  
 Militiaeque bonis: ceu bellatore Quirino,  
 Ceu placido moderante Numa: non imminet ensis:  
 Nullae nobilium caedes: neu crimina vulgo  
 Texuntur: patria moestus non truditur exsul: 495  
 Impia continui cessant augmenta tributi:  
 Non infelices tabulae: non hasta refixas

83. Hac *γήσα* Gesnerus ad historiam alludi putat, quae ab Orosio, L. VII. 37. narretur: *Radagaisum cum ducentis Gothorum millibus metu ac fame in montes Faesulanos, diuino nutu conclusum fuisse.* 483. *fluuium.* Quis hic fluuius fuerit, non additur. Si Gesneri coniectura, modo commemorata, vera sit, Arnun fuisse, mihi probabile est, quia is proximus Faesulano tractui fuit. 484. *Obuia*, h. e. qui armati resistunt; nam oppo-

nuntur *ultro seruituris.* 485. *Sarmata discors.* *Discordes* poeta vocat propter intestina bella, et latrocinia mutua. 490. *crebris succedentibus* h. e. praesidibus, (v. 491.) crebro sibi inuicem succedentibus, et populum vexantibus. 491-93. *fruimurque* — *Numa.* Chiasmus, bona <sup>1</sup>quietis — <sup>3</sup>militiae: sub <sup>4</sup>Quirino — <sup>2</sup>Numa: 494. *vulgo*, h. e. per solam vulgi famam, nullo certo auctore, qui ea in loco iudicii pro-

Vendit opes: auida fector non voce citatur.  
 Nec tua priuatis crescunt aeraria damnis.  
 Munificus largis, sed non et prodigus auri. 500  
 Perdurat non empta fides, nec pectora merces  
 Alligat. Ipsa suo pro pignore castra laborant.  
 Te miles nutritor amat. Quae denique Romae  
 Cura tibi? quam fixa manet reuerentia patrum?  
 Firmatur senium iuris, priscamque resumunt 505  
 Canitiem leges, emendanturque vetustae,  
 Acceduntque nouae. Talem sensere Solonem  
 Res Pandioniae: sic armipotens Lacedaemon  
 Despexit muros, rigido munita Lycurgo.  
 Quae sub te vel causa breuis, vel iudicis error 510  
 Negligitur? dubiis quis litibus addere finem  
 Iustior, et mersum latebris educere verum?  
 Quae pietas, quantusque rigor! tranquillaque magni  
 Vis animi, nulloque leuis terrore moueri:  
 Nec noua mirari facilis. Quam docta facultas 515  
 Ingenii, linguaeque modus! Responfa verentur  
 Legati, grauibusque latet sub moribus aetas.

bare (*gerichtlich*), sustineat. 497, *refixas*, Gesnerus ita videtur explicare: *quarum tabulae usque ad diem au-  
 ctionis pependerit, iam au-  
 tem refinguntur.* 501, *nec pe-  
 ctora merces Alligat*, h. e. non amplius vteris milite mercenario. 507. *Res Pan-  
 dioniae*, i. e. Athenienses, a Pandione, veterrimo rege,

Progne et Philomela, filia-  
 bus, satis alias noto. 509. *Despexit*, neglexit, omisit extruere. 510. *caussa bre-  
 uis, vel iudicis error.* Haec duo ponit, tanquam minu-  
 tias, vt lector inde conclu-  
 dat: *Si parua* Honorius tam sollicitate curat; quanto ma-  
 gis *magna?* 514 - 15. *leuis*  
 — *moueri, facilis* — *mira-*



Quantus in ore pater radiat! quam torua voluptas  
 Frontis, et augusti maiestas grata pudoris!  
 Iam patrias imples galeas: iam cornus auita 520  
 Tentatur vibranda tibi; promittitur ingens  
 Dextra rudimentis, Romanaque vota moratur.  
 Quis decor, incedis quoties clypeatus, et auro  
 Squameus, et rutilus cristis, et casside maior!  
 Sic cum Threicia primum sudaret in hasta, 525  
 Flumina lauerunt puerum Rhodopœia Martem.  
 Quae vires iaculis! vel cum Gortynia tendit  
 Spicula, quam felix arcus, certique petitor  
 Vulneris, et iussum mentiri nescius ictum!  
 Scis, quo more Cydon, quâ dirigat arte sagittas 530  
 Armenius, refugo quae fit fiducia Partho.  
 Sic Amphioniae pulcher sudore palaestrae  
 Alcides pharetras Dircaëaque tela solebat  
 Praetentare feris, olim domitura Gigantas,  
 Et pacem latura polo: semperque cruentus 535  
 Ibat, et Alcmenae praedam referebat ouanti.  
 Caeruleus tali prostratus Apolline Python,  
 Implicuit fractis moritura volumina syluis.

*ri*, Graeca constructio pro,  
*ut* moueatur, *ut* miretur.  
 518. 19. Mera antitheta et  
 acumina. 521 - 22. Sensus  
 est: Haec initia fortem vi-  
 rum promittunt, quem Ro-  
 mani vix prae gaudio ex-  
 spectare amplius possunt.  
 524. *casside*, non est ablati-

uus comparatiui, sed caus-  
 sae, *per cassidem, cassidis ope*  
 procerior videris. 530.  
*Cydon*, vrbs Cretae, quae  
 sagittis, vt reliquae, *Gnos-*  
*sus*, *Gortyna* celebris est.  
 536. *ouanti*, laetanti de tan-  
 ta filii fortitudine. 538.  
*fractis*, haec vox ingentem

Cum vectaris equo, simulacraque Martia ludis,  
 Quis molles sinuare fugas, quis tendere contum 540  
 Acrior? aut subitos melior flexisse recursus?  
 Non te Massagetæ, non gens exercita campo  
 Theffala, non ipsi poterunt æquare bimembres.  
 Vix comites alæ, vix te suspensa sequuntur  
 Agmina, feruentisque tument post terga draco-  
 nes. 545

Vtque tuis primum sonipes calcaribus arsit,  
 Ignescunt patulæ nares, non sentit arenas  
 Vngula, discussæque iubæ sparguntur in armos.  
 Turbantur phalerae, spumosis moribus aurum  
 Fumat, anhelantes exsudant sanguine gemmae. 550  
 Ipse labor pulvisque decent, confusaque motu  
 Caesaries. Vestis radiato murice Solem  
 Combibit; ingesto crispatur purpura vento.  
 Si dominus legeretur equis, tua posceret vltro  
 Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion, 555

monstri et longitudinem, et robur innuit, quia spiris suis filias integras et tangebat et frangebatur. 542. *bimembres*, simpliciter sunt Centauri, ex humana et equina figura misti. Plane ita Statius Achill. L. II, 451. 545. *dracones*, signa militaria, draconum effigiem habentia. 547. *non sentit arenas Vngula*; Vtroque modo recte dicitur: *Arena non sentit vngulam*, quatenus

illam cursu veluti superuolet, et: *Vngula non sentit arenam*, quatenus hanc, propter celeritatem cufus ne tangit quidem. Posteriorius poeta h. l. secutus est. 550. *exsudant*, Sane mollior, ideoque probabilior haec est lectio, quam altera: *exundant*, quia equus sanguinem non totis riuis effundit, sed paucas modo eius guttulas emittit. 555-61. omnes equi ex Mytho-

Seruiretque tuis, contempto Castore, frenis  
 Cyllarus, et flauum Xanthus spreuisset Aehillem.  
 Ipse tibi famulas praeberet Pegasus alas,  
 Portaretque libens, melioraque pondera passus  
 Bellerophontearum indignaretur habenas. 560

Quin etiam velox Aurorae nuntius Aethon,  
 Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur  
 Lucifero, quoties equitem te cernit ab astris,  
 Inuidet, inque tuis maualt spumare lupatis.

Nunc quoque quos habitus, quantae miracula  
 pompae 565

Vidimus, Aufonio cum iam succinctus amictu  
 Per Ligurum populos solito conspectior ires,  
 Atque inter niueas alte veherere cohortes,  
 Obnixisque simul pubes electa lacertis  
 Sidereum gestaret onus! Sic Numina Memphis 570  
 In vulgus proferre solet. Penetralibus exit  
 Effigies; breuis illa quidem: sed plurimus infra  
 Liniger, imposito suspirans veste sacerdos  
 Testatur sudore Deum. Nilotica fistris

logia petiti, quorum apud  
 Ouidium, Statium etc. pas-  
 sim fit mentio. 563. niueas  
 — cohortes, quae togam,  
 vestem civilem, iam in his  
 sollempnibus sumserunt. 569  
 70. Mos erat militum vete-  
 rum, duces, reges, impera-  
 tores, quum vicissent, aut  
 creati essent, sella curuli in-

fidentes, humeris gestare,  
 (conf. supra, v. 12.) Ergo  
 onus sidereum est ipse Ho-  
 norius, ita appellatus, quod  
 Theodosii inter sidera iam  
 relati (v. 428-30.) erat fi-  
 lius, omninoque imperato-  
 ribus inde ab Augusto om-  
 nibus diuina ac caelestis ori-  
 go tribuebatur. 572-74.

Ripa sonat, variosque modos Aegyptia ducit 575

Tibia. Submissis admugit cornibus Apis.

Omnis nobilitas, omnis tua sacra frequentat

Tibridis et Latii soboles. Conuenit in vnum

Quicquid in orbe fuit procerum, quibus auctor  
honoris

Vel tu, vel genitor. Numeroso Consule Consul 580

Cingeris, et socios gaudes admittere patres.

Illustri te prole Tagus, te Gallia doctis

Ciuibus, et toto stipauit Roma Senatu.

Portatur iuuenum cœruicibus aurea sedes,

Ornatuque nouo grauior Deus. Asperat Indus 585

Velamenta lapis, pretiosaque fila smaragdis

Ducta virent. Amethystus inest, et fulgor Iberus

Temperat arcanis hyacinthi caerulea flammis.

Nec rudis in tali suffecit gratia textu:

Sensus: Etsi parua est numinis illus Aegyptiaci moles; tamen sacerdotes, eam gestantes, diuinum ei pondus inesse sentiunt, idque sudore produnt. *Lini-ger* perpetuum Sacerdotum Aegyptiorum apud Ouidium et alios epitheton est; sicut et *sistri* seu crepitaculi perpetuus in eorum sacris usus, et mentio. 582. *Gallia doctis Ciuibus*. Sane tum imprimis eruditione Gallia florebat, quod magna Scholarum eius aevi, Bur-

degalensis, v. c. Treuerensis etc. quin Theologorum, Massiliae tum intclarescentium, exempla abunde docent, 585. *Ornatuque nouo grauior*. Vnde haec *grauitas* sit, statim sequentia indicant, nempe ex pondere metalli, quod ad ornandam vestem illam fuerat adhibitum. Omnino inexhaustum plane, in tali argumento, vt hoc toto in loco, (v. 585 - 605.) ingenium poëta prodit. 589. *rudis-gratia*, i. e. medium aurum,

Auget acus meritum, picturatumque metallis 590

Viuit opus, multaque ornantur iaspide cultus,

Et variis spirat Nereia bacca figuris.

Quae tantum potuit digitis mollire rigorem

Ambitiosa colus? vel cuius pectinis arte

Traxerunt solidae gemmarum stamina telae? 595

Inuia quis calidi scrutatus stagna profundi

Tethyos inuasit gremium? quis diuitis algae

Germina flagrant inter quaesuit arenas?

Quis iunxit lapides ostro? quis miscuit ignes

Sidonii rubrique maris? Tribuere calorem 600

Phoenices, Seres subtemina, pondus Hydaspes.

Hoc si Maeonias cinctu graderere per vrbes,

In te pampineos transferret Lydia thyrsos,

In te Nyssa choros: dubitassent Orgia Bacchi,

Cui furerent: irent blandae sub vincula tigres. 605

Talis Erythraeis intextus nebrida gemmis

Liber agit currus, et Caspia flectit eburnis

Colla iugis: Satyri circum crinemque solutae

nudae gemmae, in quibus nihil pictum esset. 592. *Spirat Nereia bacca*, margarita. *Spirare* in his rebus sollemne verbum est, quum ad viuum aliquid expressum esse, volumus dicere. Quis illud Virgilii v. c. nescit: *Excudent alii spirantia mollius aera?* 594. *Ambitiosa colus*, singulari plane notatione ita *colum* appellat, (vt

Gesnero videtur) quia *lana* illam ambiat. 599. *ignes*, gemmas fulgentes. 600. 601. Versus splendidissimi plane vt in tertio Consulatu. Hon. v. 210. 11. 602. *Maeonias*, i. e. Lydias, quae ipsa prouincia statim deinde suo nomine commemoratur. 606. *intextus nebrida gemmis*. Graeca constructio, (*νατά νεβρίδα*) planius: *pel-*

G

Maenades adstringunt ederis victricibus Indos.

Ebrius hostili velatur palmite Ganges. 610

Auspice mox laetum sonuit clamore tribunal,

Te fastos ineunte quater, sollennia ludit

Ōmina libertas, deductum Vindice morem

Lex celebrat, famulusque iugo laxatus herili

Ducitur, et grato remeat securior ictu. 615

Tristis conditio pulsata fronte recedit.

In ciuem rubuere genae, tergoque remouit

Verbera | promissi felix iniuria voti.

Prospera Romuleis sperantur tempora rebus,

In nomen ventura tuum: praemissa futuris 620

Dant exempla fidem. Quoties te cursibus aevi

Praefecit, toties accessit laurea patri.

*lem ceruinam gemmis orient-*  
*alibus intextam gerens.*

609. *adstringunt*, vinciunt,  
vt captiuos. 610. *Ebrius*

— *Ganges*, ornate, pro:  
qui ad Gangem habitant,  
vini gustata dulcedine, vbi-  
que iam vites, ab hoste  
Baccho acceptos, plantant.

611. *Auspice* — *clamore*, h.  
e. fausto, auspicato. 612.

*Te fastos* — *libertas*, exqui-  
sitius, et magis poetice pro:

*Te quartum consule*, multi  
*ominantur*, se *libertatem*

accepturos, ideoque in his  
*sollemnibus* laetantur, *lu-*

*dunt*, tripudiant. Exquisi-  
tam hanc poëtae breuitatem

quum non caperet Bar-  
thius, legere volebat: *Om-*

*nia libertas*, longe quidem  
frigidius. 613. *Vindice*, no-

men ferui eius, qui, coniu-  
ratione de reducendis in

urbem Tarquiniis detecta,  
libertatem per *vindictam*

accepit. (Liv. L. II. 5.) Gae-  
terum totus hic locus est

longe pulcherrimus, cuius  
singulas Veneres enucleare

hic non vacat; sed perito-  
rum magistrorum lectioni-

bus in cathedra reseruandae  
sunt. In singulis paene ver-

bis acumina latent. 620.

*In nomen ventura tuum.*  
Haud dubie ad ipsum *Hono-*

*rii* nomen alluditur; quan-  
quam et *nomen* nude pro

*consulatu* dictum esse potest.  
621. *cursibus aevi*, *Praefe-*

Ausi Danubium quondam transnare Gruthungi,  
In lintres fregere nemus: ter mille ruebant  
per fluuium plenae cuneis immanibus alni. 625

Dux Odothaeus erat. Tanta conamina classis  
Incipiens aetas et primus contudit annus.

Submersae federe rates. Fluitantia nunquam  
Largius Arctoos pauere cadauera pisces.

Corporibus premitur Peuce: per quinque recur-  
rens 630

Ostia, Barbaricos vix egerit vnda cruores;

Confessusque parens, Odothaei regis opima  
Rettulit, exuuiasque tibi. Ciuile secundis

Conficis auspiciis bellum. Tibi debeat orbis

Fata Gruthungorum, debellatumque tyrannum. 635

Ister sanguineos egit, te Consule, fluctus:

Alpinos genitor rupit, te Consule, montes.

Sed patriis olim fueras successibus auctor;

Nunc eris ipse tuis. Semper venere triumphi

Cum trabeis, sequiturque tuos victoria fasces. 640

Sis, precor, assiduus Consul, Mariique relinquas;

Et senis Augusti numerum. Quae gaudia mundi,

Per tua lanugo cum serpere coeperit ora,

*cit, ornate pro consulatum tibi dedit, 625. cuneis immanibus, i. e. ordinibus sc. Guthrungorum immanium. 630. Peuce, insula ad Istri aliquod ostium recurrens, in mare sc, vnde fluuii omnes*

*proficiscuntur. 638. auctor, dicitur latissime etiam, is, cuius sub regimine aliquid rei geritur 639. semper venere -- fasces. Exergasia elegantissima. 640. 41. Gere consulatus plures, quam*

Cum tibi prodiderit festas nox pronuba taedas!  
 Quae tali deuota toro, quae murice fulgens 645  
 Ibit in amplexus tanti Regina mariti?  
 Quaenam tot Diuis veniet nurus, omnibus aruis  
 Et toto dotanda mari? quantusque feretur  
 Idem per Zephyri metas Hymenaeus, et Euri!  
 O mihi si liceat thalamis intendere carmen 650  
 Connubiale tuis, si te iam dicere patrem!  
 Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,  
 Arcadius, captae spoliis Babylonis onustus,  
 Communem maiore toga signabitis annum,  
 Crinitusque tuo sudabit fasce Sueuus: 655  
 Ultima fraternas horrebunt Baetra secures.

Marius, qui *septem*, et quam h. e. quum victos etiam  
 Augustus, qui *tredecim* ges- Sueuos ad fasces tibi praefe-  
 sit. 655. Crinitus — Sueuus, rendos adhibebis.

---

PROOEMIUM

in

P. Papinii Statii Achilleidos Lib. I.

---

**M**ale vulgo audire solet Statius eo nomine, quod poeta-  
 rum Latinorum omnium sit tumidissimus, ideoque nec  
 dignus, qui iuuentuti ad legendum vel imitandam propo-  
 natur. Quod de eo iudicium qui tulerunt, vel aliorum  
 sententiam temere secuti sunt, quoniam eum ipsi non le-  
 gerant, vel, si legerant, non intellexerunt. Equidem  
 contra sentio, nec huius me iudicii vuquam poenitebit,  
 cui consentientem habeam, praeter alios, magnum illum



Iul. Caesarem Scaligerum, qui eum (Poëtices L. VI. c. 6. p. m. 778.) cultissimum atque ingeniosissimum poëtam vocat, et, quae de tumore eius vulgo afferuntur, confutat. Si enim pauca quaedam loca exceperis, in quibus videtur ultra modum eius oratio intumescere, caetera omnia summum ingenium, veram sublimitatem, magnum iudicium, et, quam in Horatii verbis Quintilianus laudat, felicem in tropis audaciam produnt. Et quod ad singula eius opera attinet, nemo ex omnibus, qui sententiam de iis tulerunt, felicius, mihi quidem, videtur iudicasse Thoma Pineda, qui, citante Fabricio, (Biblioth. Lat. T. II. p. 330 ed. Ernest.) eum, eruditum poëtam in Siluis, sublimem in Thebaide, blandum in Achilleide, vocavit. Nihil profecto verius dictum arbitror, quod idem omnes haud dubie mecum sentient, qui eum paulo accuratius legendo contriuerint. Quin adeo ne eos quidem satis recte, existimo, de ipso iudicasse, qui eum Virgilii imitatore, felicem quidem, sed imitatore tamen, appellarunt. Etsi enim minime inficior, in singulis locis, iisque profecto haud paucis, eum singula Aeneidos Virgilianae loca imitatum esse, (quae etiam ill. Heynius in editione huius minori annotare minime oblitus est:) tamen in operis summa, in toto carminis ponendo, in aptandis inter se partibus, in totius fabulae veluti cursu, plane suus est, suam viam ingreditur, non, ut alii v. c. Silius Italicus, Virgilii vestigia eminus anxie obseruat, vel subtimide ac sollicitate sequitur, non denique ἐκτροπος est, sed vere ἀρετέτροπος. Neque vero impedit, quod ipse hanc velut hederam Thebaidi suae videtur suspendisse, quando eam sub finem Libri XII. ita ipse alloquitur:

Viue precor, nec tu diuinam Aeneida tenta,  
Sed longo sequere, et vestigia semper adora.

Nam primum, si modo his verbis imitationem Aeneidos vere profiteretur, hoc dabat aetati suae, qua in tanto honore erat recens adhuc Virgilii memoria, (idque suo merito,) ut nullus poëta ullo apud Romanos numero es-

set, qui hunc non imitaretur, imitari certe videretur, idque adeo verbis etiam prae se ferret. Deinde vero ne videntur quidem mihi illa verba tale quid innuere, sed hoc tantum sibi velle, ut ne Thabais cum illa celeberrima Aeneide comparare se, vel certare adeo cum ipsa audeat, sed primum ei locum haud inuita concedat. In quo nihil equidem, nisi modestiam aliquam poëtae video, imitandi studium vel propositum inde exsculpere nullo modo possum.

Sed ut propius ad blandam nostram Achilleida (viti Thomas de Pineda vocat) veniamus, plerique eam truncatam esse, et, fragmentum longioris operis putant, cuius reliqua pars vel ab ipso poëta nunquam sit adiecta, vel certe temporis iniuria perierit. In quo ego ab iis longe dissentio, partim, quod id per se totum aliquod perfectum constituit, et ultima illa libri secundi verba: scit caetera mater, dignam integro libro, vel integro omnino opere clausulam efficiunt, partim, quod poëta ipse initio operis nihil amplius promittit, quam, quod eum vere exsecutum vitemus. Promittit autem, se Achillem cantaturum non, qua bellum Troianum gesserit (— tota iuuenem deducere Troia —) sed, qua alia fecerit, v. c. apud Chironem educatus, plures artes didicerit, a matre in Lycomedis aulam deductus fuerit, Deidamiam amarit, et ibi ab Vlysse detectus, ad bellum Troianum gerendum enauigarit. Iam, quum ex hoc ille bello nunquam redierit, sed, eo nondum absoluto, a Paride interfectus sit; sequitur, nihil aliud superfuisse, quod Stadius caneret, nisi, quod his duobus libris vere cecinisset, et quod adhuc omnes legere possumus, nec proinde ex poemate quidquam periisse. — Ceterum neque hoc possum dissimulare, quidquid aliquis de hoc poemate statuatur, siue integrum, siue truncatum putet, ad eius interpretationem nihil interesse, sed liberum cuique ea de re iudicium a me relinqui.

Ipsam tamen opusculum est eiusmodi, ut, quantumvis paruo corpore, praecipuas nihilominus vel maximi poematis heroici virtutes et partes contineat. Habet ex-

ordium, habet propositionem, habet inuocationem, habet descriptiones pulcherrimas, dictionem grauem, et tamen melle conditam, orationes inspersas, affectu plenissimas, tropos et figuras audaces, neque ab oïo (ut Horatius ait) rem orditur, et chronologi more exponit, sed in mediam rem lectores coniicit, et, quae antecesserant, ea posterius demum narrari et animaduerti facit, ut Achillis educationem, demum a. v. 381 — 452. libri secundi. Vt breuiter dicam, videtur mihi totum opus esse paruum epos et praeludium longe maioris, quod Statius Domitiano parabat, idque statim ab initio, L. I. v. 17 — 19. ei pollicetur, sed haud dubie, interueniente vel huius, vel sua morte, nunquam deinde perfecit.

Argumentum eius ac dispositionem, quia a superioribus Statii editoribus nusquam enarratam vidi, hoc loco, secus, atque in praecedentibus opusculis factum est, paulo accuratius, studiosae iuuenturis causa, placet exponere:

Lib. I. Poëta Musam, Phoebum, ac Domitianum inuocat, ac de Achille ipso, non de gestis eius ad Troiam, scripturum se dicit. (v. 1 — 19) Paride cum Helena Troiam redeunte, Thetis, Achillem suum, huius sceleris occasione aliquando periturum, sciens, Neptunum rogat, ut illos adulteros mari demergat. Ille renuit hoc quidem, sed tamen eius metum spe futurae magnae filii gloriae consolatur, (v. 70 — 95) Illa, hac spe deiecta, ad Chironem, Centaurum, in Thessaliam pergit, ubi tum Achilles educabatur, ab eo benigne excipitur, videt filium, decus et virtutem adolescentis admiratur, eumque dormientem, muliebri habitu, Delphinibus vecta, in Scyron insulam, ad Lycomedem regem, secum auerit. (v. 96 — 284.) Ibi tum Lycomedis filiae in littore sacrum Palladis celebrabant; his se Thetis cum filio immiscet, eum fingit, ornat, Lycomedæ, tanquam filiam, custodiendam tradit; Achilles Deidamiae amore, incenditur, Thetis filio, adhuc semel probe instructo, ex insula, animo valde sollicito, dis-

cedit. (v. 285 — 396) Interim Graecia tota ad bellum Troianum sese armat, cuius studia et apparatus copiose poeta describit. (v. 397 — 466.) Sed mox una omnium voce Achilles ad hoc bellum expetitur; Proteus Calchantem iubet diuinare, ubi ille lateat? Hic, Deo plenus, eius latibulum prodit, unde statim Vlysses ac Diomedes ad eum quaerendum et adducendum proficiscuntur. (v. 467 — 559.) Interim Achillis in Deidamiam amor quotidie crescit, tandemque in Orgiis Trietericis, quae a solis feminis celebrantur, in luco Bacchi erumpit, ut Achilles eam vitiet. Rem ambo celant, donec illa filium parit. (v. 560 — 674.)

Lib. II. Vlysses ac Diomedes Scyrum veniunt, exploratores se, Troia missos, simulant, et benigne a Lycomedea excipiuntur, (v. 1 — 82.) In coena Vlysses, intentus ad omnes Achillis gestus et vultum, sermones de magnitudine eius belli serit, materiam virtutis ac laudis bellicae proponit, ac iam hinc eum facile agnoscit. (v. 83 — 140.) Postridie rex Orgia virgines celebrare iubet; Achilles ibi se rursus prodit; Vlysses dona hospitalia afferri virginibus iubet, in his clypeum, in quo Achillis ipsius imago erat caelata; hanc ut agnouit, erubescit, et se plane iam prodit; Vlysses eum e latebris protrahit; ipse et sexum suum, et amorem Deidamiae confitetur, natum nepotem auo offert, et abitum cum Vlysse ac Diomede parat; (v. 141 — 249) solatur Deidamiam, nunc per unam modo noctem legitimam coniugem, de suo abitu; (v. 250 — 285.) denique cum Vlysse ac Diomede Troiam auebitur, quorum ille in itinere nauali, partim solandi Deidamiae desiderii, partim temporis fallendi causa, ei originem Troiani belli, (v. 286 — 370) Achilles autem vicissim illis duobus historiam suae infantiae, pueritiae, et educationis apud Chironem, Centaurum, enarrat. (v. 371 — 452.)

## P. PAPINII STATII ACHILLEIDOS

## Lib. I.

**M**agnanimum Aeaciden, formidatamque Tonanti  
Progeniem, et patrio vetitam succedere caelo,  
Diua, refer. Quamquam acta viri multum inclyta  
cantu

Maeonio, sed plura vacant; nos ire per omnem  
(Sic amor est) Heroa velis, Scyroque latentem 5  
Dulichia proferre tuba: nec in Hectore tracto  
Sistere, sed tota iuuenem deducere Troia.

v. 1. 2. *Aeaciden — caelo.* Achilles, Aeaci nepos, et Pelei ex Thetide filius erat; quem ideo formidasse dicitur Iupiter, quod, si e Thetide, quam deperibat, filium genuisset, Proteus ei fore praedixerat, ut is maior ipso patre esset, caeloque adeo ipsum expelleret. Sic certe Ovidius Metam. II, 227. 28. Alii Prometheo vaticinium hoc tribuunt, ut Apollodorus L. III, c. 12, v. 5. Hyginus, Fab. 54. etc. 4. *Maeonio; sed plura vacant.* Maeonio est Homerico. *Plura vacant,* multa adhuc alia ab Homero nondum occupata sunt. *Ire per omnem heroa* est, non tam res, Troiano bello ab

ipso gestas, quam reliqua, ad vniuersam eius vitam pertinentia, v. c. pueritiam, iuuentutem, educationem, exercitationes, amores canere. 5. 6. *Scyroque — tuba.* Dulichia tuba nihil quidem aliud est, nisi Vlysses ipse, qui quoniam Achillem, in insula Scyro sub vestibus puellae latentem, veluti in lucem protraxit, et hoc caeteris Graecis diulgavit, eatenus tubae comparatur, praesertim cum etiam Agyrtae tuba ad detegendum Achillem usus sit, v. L. II. 50 et 200. 7. *tota iuuenem deducere Troia,* hoc est, totam eius historiam Troianam omittere, vsque ad illud tempus, quo Hectorem occisum cir-

Tu modo, si veteres digno depleuimus haustu,  
 Da fontes mihi, Phoëbe, novos ac fronde secunda  
 Necte comas; neque enim Aonium nemus, aduena  
 pulso: 10

Nec mea nunc primis albescunt tempora vittis.  
 Scit Dircaeus ager, meque inter prisca parentum  
 Nomina, cumque suo memorant Amphione Thebae,  
 At tu, quem longe primum stupet Itala virtus  
 Graiaque, cui geminae florent vatumque, ducumque 15  
 Certatim laurus (olim dolet altera vinci)  
 Da veniam, ac trepidum patere hoc sudare parumper  
 Puluere; te longo, necdum fidente, paratu  
 Molimur, magnusque tibi praeludit Achilles.

ca muros traxit. 8. *depleuimus*, rarior paulo vox, pro  
 vfitatori *exhausimus*. 10. *fronde secunda*. Serius igi-  
 tur Achilleidem Statius scrip-  
 sit, quam Thebaidem. *Ter-  
 tiam* quoque se moliri, Do-  
 mitiani laudes, statim v. 18.  
 19. innuit. 11. *vittis*. In  
 vatum insignibus inter alia  
 non modo *frondes*, sed  
 etiam *vittae* a veteribus  
 commemorantur. 15. *At tu*.  
 Domitianum alloquitur, cui  
 vt alias saepe, ita et hoc lo-  
 co, nimium adulatur. 15.  
*geminæ — laurus*, non ad  
*Itala et Graia*, i. e. erudi-  
 tionem eius Graecam et La-  
 tinam, sed ad *vatumque du-  
 cumque*, i. e. gloriam e Mu-  
 sis et bello, referendae sunt,

quarum *altera*, i. e. littera-  
 ta, *olim*, i. e. dudum, pri-  
 dem, ab altera, i. e. bellica,  
 se *vinci* h. e. obscurari, do-  
 leat. 17. *trepidum — pulue-  
 re*. *Patere me sudare*, cer-  
 tare, in *hoc puluere*, campo,  
 i. e. hac materia, idque *pa-  
 rumper*, quia hoc carmen  
 de Achille non adeo magni  
 erit voluminis, sed tamen,  
 in hac ipsa breuitate, *timi-  
 dum*, ne materiae non par-  
 sim, succumbam, 18. *nec-  
 dum fidente*, h. e. tum quo-  
 que, quum hoc carmen fe-  
 liciter absoluero, adhuc ti-  
 mido. 19. *tibi*, carmini he-  
 roico, de *tuis* rebus gestis  
 condendo. Sed hoc opus  
 nunquam videtur poëta at-  
 tigisse.

Soluerat Oebalio classẽm de littore pastor 20

Dardanus, incautas blande populatus Amyclas,  
Plenaque materni referens praesagia somni  
Culpatum relegerat iter, qua condita ponto  
Fluctibus inuisis, iam Nereis, imperat Helle,  
Quum Thetis, Idaeos (heu nunquam vana paren-

tum 25

Auguria!) expauit vitreo sub gurgite remos.  
Nec mora: et vndosis, turba comitante fororum,  
Profiluit thalamis; feruent coeuntia Phryxi  
Littora, et angustum dominas non explicat aequor;  
Illa, vbi discusso primum subit aera ponto: 30  
Me petit, haec mihi classis, ait, funesta paratur.

20. *Oebalio*, Laconico. *pa-*  
*stor Dardanus*, Paris, cuius  
nota est fabula. 21. *incautas*  
— *Amyclas*. Singula verba  
causas suas habent: *incau-*  
*tas*, quia Menelaus nihil  
minus, quam tantum sce-  
lus ab hospite timens, nul-  
los contra apparatus ad de-  
fendam uxorem fecerat,  
imo plane tum absens etat,  
quum Paris, hospes, ade-  
rat; *blande*, quia non armis  
ac vi, sed fraude ac blan-  
ditiis utebatur; *populatus*,  
quia reginam ex regia ab-  
ducebat. 22. *materni* —  
*somni*. Somniarat enim He-  
cuba, Paridis mater, prae-  
gnans, se facem peperisse,  
qua Troia et Asia omnis  
conflagraret. 23. *Culpatum*,

sc. deinde a tot Graecis ac  
damnatum. *qua* — *Helle*,  
i. e. per Hellepontum, vbi  
*Helle*, *condita*, occultata  
sub *ponto*, fluctibus *inuisis*,  
quia ab ariete Phryxi fra-  
tris in eos delapsa fuerat,  
*iam Nereis* facta, imperat.  
Sed an, aut quando Helle  
inter Nereides relata sit,  
eius rei nullum apud vete-  
res vestigium inuenio; vn-  
de hoc ipse Statius, κατ'  
ἀναλογίαν poeticam videtur  
finxisse. 25. *parentum* int.  
de liberis suis, vt h. l. The-  
tidis de Achille filio. 27.  
*sororum*, Nereidum, quas  
easdem paulo post v. 29.  
*aequoris dominas* vocat. 30.  
*discusso*, excusso, h. e. post-  
quam spumas maris excuf-

Agnosco monitûs, et Protea vera locutum.  
 Ecce nouam Priamo, facibus de puppe leuatis,  
 Fert Bellona nurum. Video iam mille carinis  
 Ionium Aegaeumque premi; nec sufficit, omnis 35  
 Quod plaga Graiugenûm tumidis coniurat Atridis:  
 Iam pelago terrisque meus quaeretur Achilles,  
 Et volet ipse sequi. Quid enim cunabula paruo  
 Pelion, et torui commisimus antra magistri?  
 Illic (nî fallor) Lapitharum praelia ludit 40  
 Improbus, et patria iam se metitur in hasta,  
 O dolor! O feri materno in corde timores!  
 Non potui infelix, cum primum in gurgite nostro  
 Rhoetaeae cecidere trabes, attollere magnum  
 Aequor? et incesti praedonis vela profunda 45  
 Tempestate sequi? cunctasque inferre sorores?  
 Nunc quoque; sed tardum est: iam plena iniuria raptae!

ferat. 32. *monitûs*, sc. de  
 interitu filii mei in eo bello,  
 quod hoc Paridis iter sce-  
 lestum excitabit. 34. *nurum*,  
 Helenam, *video iam*, in an-  
 tecessum, quasi iam haec  
 adessent omnia. 36. *tumi-  
 dis*, non superbia, sed ira  
 et vindictae studio, vt apud  
 Hor. Lib. I. od. 134. *fer-  
 uens difficili bile tumet iecur*.  
 38. *sqq. quid enim*. Sentus  
 huius quaestionis est: Ne-  
 mini, nisi mihi ipsi huius  
 rei culpam imputare pos-  
 sum: *quid enim* tam stulta  
 fui, vt *committerem* etc.

Caeterum est h. l. insignis  
 hypallage, *commisimus  
 paruo Pelion et antra*, pro  
*paruum Pelio monti et an-  
 tro*, cuius generis multa  
 apud poëtas occurrunt. 41.  
 Iucundissima imago ferocis  
 pueri, conferentis staturam  
 suam cum hasta patris iden-  
 tidem, et obseruantis, an-  
 non interim paululum cre-  
 uerit. 43. *cum primum —  
 trabes*, ornate, pro: quum  
 primum Troianae Paridis  
 naues mare intrarunt. 46.  
*sequi*, persequi, infestare.  
 47. *Nunc quoque*, int. pos-



Ibo tamen, pelagique deos, dextramque secundi,  
 Quod superest, complexa Iouis, per Thetyos amnes  
 Grandaeuumque patrem, supplex miseranda rogabo 50  
 Vnam hyemem. Dixit, magnumque in tempore  
 regem

Adspicit. Oceano veniebat ab hospite, mensis  
 Laetus, et aequoreo diffusus nectare vultus:

Vnde hyemes, ventique silent, cantuque quieto

sim idem facere. iam plena iniuria raptae. Sensus: Et si adulterum tempestate aliqua perderem, tamen facinus ipsum iam peractum est; ad quod vindicandum Graeci debent conspirare, inter quos etiam filius meus peribit. 48. *secundi — Iouis.* Neptunum intelligit, qui inter fratres, Iouem et Plutonem, secundus est. 49. *per Thetyos amnes.* Ex hoc loco manifestum fit, et sole ipso clarius, quod supra ad Catulli Epithal. v. 28. 29. iam monui, de Thetidos ac Thetyos discrimine. Illa enim per hanc h. l. rogat, quod per se si faceret, absurdum esset, et contra perpetuum loquendi usum in talibus apud veteres poetas. 50. *Grandaeuumque patrem,* Oceanum, Thetyos maritum. *supplex miseranda.* Offensionis sane habet non nihil duplex epitheton, sine

copula iunctum. Sed occurrunt tamen apud poetas talia, licet paulo rarius. 51. *Vnam hyemem,* procellam, tempestatem. Plane sic apud Graecos χειμών nunc anni tempus, nunc vnam aliquam procellam (in individuo Philosophi appellant) significat. *regem,* Neptunum. 53. *diffusus nectare vultum.* Diffundi dicitur vultus, qui antea tristis fuerat, sed animo laetis rebus exhilarato, iam serenus fit, et frontem explicat. Cogitandus est hic. Neptunus, qui, curis vexatus, Deos marinos conuiuio excepit, sibi et his simul exemptis curis omnibus, inde plenus nectare et hilarior reuertitur. Plane sic de Ioue Statius, Silu. IV. 2. 53-56. *Nectar aequoreum,* non est aqua, (quae absurde sic vocaretur) sed nectar, quod vel Deus aequoris dedit ac

Armigeri Tritones eunt, scopulosaque Cete, 55  
 Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur  
 Rege salutato. Placidis ipse arduus vndis  
 Eminent, et triplici telo iubet ire iugales.  
 Illi spumiferos glomerant a pectore fluctus;  
 Pone natant, delentque pedum vestigia caudâ. 60  
 Cui Thetis: O magni rector genitorque profundi,  
 Adspicis, in quales miserum patefeceris vsus  
 Aequor? Eunt tutis terrarum crimina velis.  
 Ex quo iura freti, maiestatemque repostam  
 Rupit Iasoniâ puppis Pagasaea rapinâ. 65  
 En aliud furto scelus, et spolia hospita portans  
 Nauigat iniustae temerarius arbiter Idae,  
 Eheu! quos gemitus terris pelagoque daturus!  
 Quos mihi! Sic Phrygiae pensamus praemia pal-  
 mae?

bibit, vel quale *Diis marinis*  
 conuenit. 55. *scopulosa cete*  
 dicuntur, quod vel magni-  
 tudinem vel duritiem sco-  
 pulorum aequant. 56. *Tyr-  
 rheni greges* sunt delphines,  
 in quos olim Tyrrheni duo-  
 decim a Baccho propter  
 perfidiam mutati esse dicun-  
 tur, v. Hyginum Fab. 154.  
 item Senecam Oedipo, v.  
 449-66. 59. *triptici telo*,  
 tridente, tanquam scutica.  
 60. *pedum vestigia*, h. e. cir-  
 culos illos aquaticos, quos  
 motus corporum, ibi facti,  
 efficiunt. 62 *patefeceris*, h.  
 e. veniam tuto nauigandi

tribueris cuilibet, etiam  
 pessimo, 65. *puppis Paga-  
 saea*, Argo, nauis Argonau-  
 tarum, quae, ex poetarum  
 traditione, prima omnium  
 mare transiit. 67. *arbiter*.  
 Sic Paridem vocat, quate-  
 nus de pulchritudine trium  
 Dearum, Iunonis, Veneris,  
 ac Mineruae iudicium tulit.  
 68. *Eheu! quos — daturus!*  
 Videtur imitari Horatium,  
 L. I. od. 15, 9 sqq. *Eheu!*  
*quantus equis* etc. 69. *Sic*  
*Phrygiae pensamus praemia*  
*pulmae?* Sensus, paulo qui-  
 dem obscurior, est hic: An  
 nos, quae Deae esse volu-

Hi Veneris mores? Hoc gratae munus alumnae? 70  
 Has saltem (non Semideos, nostrumque reportant  
 Thesea) si quis adhuc vadis honor, obrue puppes,  
 Aut permitte fretum. Nulla inclementia: fas fit  
 Pro nato timuisse mihi. Da tollere fluctus:  
 Nec tibi de tantis, placeat, me fluctibus vnum 75  
 Littus, et Iliaci scopulos habitare sepulchri.  
 Orabat laniata comas, et pectore nudo  
 Caeruleis obstabat equis. Tunc ductor aquarum  
 Inuitat curru, dictisque ita mulcet amicis:  
 Ne pete Dardaniam frustra, Theti, mergere clas-  
 sem. 80  
 Fata vetant: ratus ordo Deis, miscere cruentas  
 Europaeque Asiaeque manus: consultaque bella  
 Iuppiter, et tristes edixit sedibus annos.

mus, sic amicis nostris, (h. e. Paridi, cui palmam debemus) auxiliamur, vt aliis eadem opera noceamus? Loquitur numero plurali, modestiae causa, pro: Antu, Venus, ita penfas etc. 70. *alumnae*. Constat, e mari ortam esse Venerem, vnde et Ἀφροδίτηs et Ἀναδουμένηs nomina ei haeserunt. 71. *Semideos, nostrumque — Thesea*) *Semidei* sunt Argonautae; *Theseum* autem *nostrum* vocat, Thetis, propter verum eius patrem Neptunum, qui simul cum Aegeo eum ex Aethra, Pitthei filia, dicitur genuisse,

vt auus Thesei maternus, Pittheus, diuulgauit, conf. Hygin. Fab. 37. 73. *permittite fretum*, int. meae potestati, *nulla inclementia*, i. e. non facio hoc vana crudelitate, sed vt filio meo caueam. 75. 76. *Nec tibi — sepulchri*. Planius: Nec sis tam crudelis, vt me, quae toti mari tecum impero, cogas, post caedem filii mei, circa solum Phrygiae littus, vbi sepulchrum eius erit, prae tristitia commemorari. 79. *Inuitat curru*, in currum, Graecismo sollempni, vt apud Callimachum in Apoll. πένθη λάβρον, *stillant in*

Quem tu illic natum Sigaeo in puluere? quanta  
 Aspicias victrix Phrygiarum funera matrum? 85  
 Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros  
 Vndabit campos, modo crassa exire vetabit  
 Flumina, et Hecoreo tardabit funere cursus,  
 Impelletque manu nostros, opera irrita, muros?  
 Pelea iam desiste queri; thalamosque minores. 90  
 Credideris peperisse Ioui. Nec inulta dolebis.  
 Cognatis vtere fretis: dabo tollere fluctus,  
 Cum reduces Danai, nocturnaue signa Caphareus  
 Exferet: et dirum pariter quaeremus Vlyffem.

*campum.* 84. *Quem* h. e. quem  
 Iem quantumque virtute ac  
 rebus gestis. 85-89. Dicat  
 et hic aliquis; *Solamen mi-*  
*serum est, socios habuisse*  
*malorum!* Caeterum *funera*  
*Phrygiarum matrum*, non  
 sunt ipsae mulieres caelae,  
 sed earum filii, mariti, fra-  
 tres, nepotes. *Crassa exire*  
*vetabit flumina*, de Xantho  
 seu Scamandro maxime in-  
 telligendum, quod Home-  
 rus Iliad. Φ, copiose enar-  
 rat. *Nostros* denique mu-  
 ros Troiae appellat, quia  
 ipse et Apollo eos Laome-  
 donti, pacta mercede, ex-  
 struxerant; quae nunc *opera*  
*irrita* sint futura, quippe a  
 Graecis diruenda. 90. *tha-*  
*lamosque minores*, int. quam  
 olim speraras, h. e. ipsius  
 Iouis; (v. ad v. 1.) non de-  
 teriori te, crede, conditio-  
 ne fore, quam, si Achillem  
 tuum Ioui, vt patri, pepe-  
 risses. 92-94. Sensus: Po-  
 teris tempestates in mari  
 excitare tum, quum Graeci,  
 e bello Troiano reduces,  
 per facem, e Caphareo,  
 Euboeae mente, a Nauplio  
 rege accensam, (qui nis pro-  
 pter Palamedem filium,  
 Vlyffis instinctu occisum,  
 erat infestus) in fraudem il-  
 lecti, naufragio et tempe-  
 statibus peribunt, et nos  
 ambo Vlyffem odio haben-  
 tes (tu propter proditum et  
 e latibulo extractum filium,  
 ego propter mutilatum ab  
 eo Polyphemum Cyclopem,  
 meum filium,) ad vindictam  
 quaeremus — Non tamen  
 diffiteor, prius horum ver-  
 suum membrum mihi a pro-  
 posito Thetidis paulo alie-  
 nius videri, ac potius cla-

Dixerat. Illa, graui vultum demissa repulsa, 95  
 Quae iam excire fretum, et ratibus bellare parabat  
 Iliacis, alios iterum commenta paratus,  
 Tristis ad Aemonias detorquet brachia terras.  
 Ter conata manu, liquidum ter gressibus aequor  
 Reppulit: et niueas feriunt vada Theffala plantas. 100  
 Laetantur montes, et connubialia pandunt  
 Antra finus, lateque deae Sperchios abundat  
 Obuius, et dulci vestigia circuit vnda.  
 Illa nihil gauisa locis, sed coepta fatigat  
 Pectore consilia, et solers, pietate magistra, 105  
 Longaeuum Chirona petit. Domus ardua montem  
 Perforat: et longo suspendit Pelion arcu.

dis alius maritimae mentionem hic requiri, quae Vlyfsem, non, quae alios Graecos, attriuerit. Ab his enim nec Thetis, nec Neptunus erant offensi, sed ab Vlyffe. Itaque attentus lector pro illa *Capharei* mentione potius exspectasset: *quum ex Ogygia dimissum Ithacaeque montes petentem — quaeremus Vlyfsem*, aut simile quid, quod *soli Vlyffi* acciderit. Certe admodum longe petita est causa odii, si vel Thetis vel Neptunus, Graecos miseros ideo persequantur, quia eorum dux aliquis, Vlyfles, Palamedem occidit.

96. 97. *ratibus bellare — Iliacis*. Est casus tertius, *con-*

*tra rates Paridis*. 98. *detorquet brachia*. Meminerimus, eam natate. 99. 100 *Maiestatem Deae marinae* hi duo versus exprimunt, quae tribus veluti saltibus ab Helleponto (aut certe non longe ab eo,) iam litus Theffalicum attingit. *Et feriunt*, idem, ac si esset: *quum iam ferirent*. 101. *connubialia — antra*, ubi nuptias cum Peleo celebrauerat, de quibus supra Catullus copiose egit in Epithal. v. 37, sqq. nempe Pharfaliis, vrbe Phthiotidis. 104 *dulci — vnda*, Potest *dulcis* appellari, quatenus vel *marinae salsae* opponitur, vel *blandientis* fluuii signum est. 106. 107. *Domus — Pelion*

H

Pars exhausta manu: partem sua ruperat aetas:  
 Signa tamen, diuumque tori, et, quem quisque fa-  
 cerat

Accubitu genioque, locus monstrantur: at intra 110  
 Centauri stabula alta patent, non aequa nefandis  
 Fratribus. Hic hominum nullos experta cruores  
 Spicula, nec truncae bellis genialibus orni,  
 Aut consanguineos fracti crateres in hostes;  
 Sed pharetrae infontes, et inania terga ferarum. 115  
 Haec quoque, dum viridis: nam tunc labor unus  
 inermi,

Noſſe ſalutiferas dubiis animantibus herbas,  
 Aut monſtrare lyra veteres Heroas alumno.  
 Ac tunc venatu rediturum in limine primo

*arcu.* Admodum ornate, tropum adhibet poeta: Domus est in monte perforato et excavato, idque sic, ut montem *superimpendentem* veluti *sustinere in aere* videatur, 108. Non de interitu antri, (quo verba alioqui possent ducere) sed de origine sermo est. *Exhausta est excavata*, quatenus excavatio fit tollendo, egerendo, hauriendo *Ruperat* pariter sic interpretandum. 109. *Signa*, indicia, Deos ibi fuisse. 111. *non aequa nefandis Fratribus*, i. e. dissimilia aliorum Centaurorum stabulis, in quibus vestigia summae crudelitatis cernebantur. Alludit enim ad

notam illam Centaurorum cum Lapithis pugnam, in nuptiis Pirithoi, quam copiose descripsit Ovidius *Metam.* L. XII, fqq. et Hyginus *Fab.* 33. 115. *infontes* scil. humano sanguine, 116. *Haec quoque, dum viridis.* Sensus: *Haec quoque* facere, i. e. feras venari, solebat Chiron non nisi, *dum* erat adhuc iuuior et *viridis.* 116-119. Nunc nihil aliud nisi vel Botanicam studet, vel Musicam alumnum docet. *Dubia* animantia sunt, quae aegrotant ita, ut de vita periclitentur. 119. *tunc*, quum Thetis ad eum a Neptuni colloquio venisset. *venaturediturum*, int. Achil-

Opperiens properatque dapes, largoque serenat 120  
 Igne domum. Tum visa procul de littore mater  
 Nerëis: erumpit filius. Dant gaudia vires,  
 Notaque defueto crepuit senis vngula campo.  
 Tunc blandus dextra atque imos summissus in armos  
 Pauperibus testis inducit, et admouet antris. 125  
 Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu,  
 Nec perpeffa moras: Vbi nam mea pignora, Chiron?  
 Dic, ait; aut cur vlla puer iam tempora ducit  
 Te sine? num merito trepidus sopor? atraque matri  
 Signa deum? Magnos vtinam mentita timores! 130  
 Namque mihi infestos vtero modo contuor enses;  
 Nunc planctu liuere manus; modo in vbera faeuas  
 Ire feras: faepe ipsa (nefas) sub inania natum

lem, alumnum suum. 120. *largoque serenat Igne domum.* Cogitemus, antrum fuisse, natura sua tenebrosum. 123. *Motaque — campo.* Vngulam ei poëta tribuere debebat, quia erat Centaurus, i. e. ex hominis et equi figura compositus. Originem fictionis talis figurae habes apud Palaeph. c. 1. *Defuetus campus* dicitur h. l. propterea, quod a longo inde tempore venationi operam non dederat (v. 116 sqq.) *imos summissus in armos*, h. e. in pedes posteriores innixus, tanquam apud nos catelli, hospites nostros venerari edocti. Anterioribus autem pedibus,

(qui alias proprie *armi* dicuntur) utebatur pro manibus, vnde *dextra blandum* eum fuisse, Staius dicit. 126 sqq. Excellenter his versibus poëta sollicitae de filio matris impatientiam expressit, quae statim sine ambagibus, vbi sibi filius sit, requirit. 129. *Num merito trepidus sopor?* Sensus verborum paulo obscuriorum est: Num fortasse vera sunt, quae mihi somnus subinde de eo terribilia praefagit? Caeterum similia sunt statim sequentibus, quae Claudianus, Cererem de rapta filia somniasse fingit, Rapt. Proserp. Lib. III, 66-112, 131, *michi infestos ute-*

Tartara, et ad Stygios iterum fero mergere fontes.  
Hos abolere metus magici iubet ordine sacri 135

Carpathius vates: plerumque sub axe probato  
Secretis lustrare fretis, vbi littora summa  
Oceani, et genitor tepet illabentibus astris  
Pontus: vbi ignotis horrenda piacula diuis,  
Donaque: sed longum cuncta enumerare, vetor-  
que. 140

Trade Magis. Sic fata parens: neque enim ille  
dedisset,

Si molles habitus, et tegmina foeda fateri  
Ausa seni. Tunc ille refert: Duc, optima quaeso,  
Duc, genitrix: humilique deos infringe precatu.

ro, exquisitius, quam meo  
utero infestos. 136. Carpa-  
thius vates, Proteus, a Car-  
patho, Aegypti insula, sic  
dictus, in qua sedem habe-  
bat, et vnde mare Carpathi-  
um. 136-140 sub axe pro-  
bato Secretis lustrare fretis  
etc. Haud dubie sensus est:  
suadet Proteus, vt puerum  
lustrem in climate, per ma-  
gos probato, et Oceani par-  
te remotissima, v. c. Bri-  
tannico, Aethiopico, vbi  
genitor meus Oceanus, sole  
ac stellis in ipsum cadenti-  
bus tepidior fit, quum alio-  
qui sit frigidior, et vbi  
horrenda, i. e. cum venera-  
tione offerenda, dona, ad

auertenda mala omina diis  
ignotis danda sunt. 141.  
Trade magis, non mihi, sed  
magis, me ipsa peritioribus,  
int. meum filium. neque  
enim ille dedisset, Chiron,  
matri filium. 142. 143. Sen-  
sus: si Thetis ausa esset fa-  
teri, se velle Achillem fi-  
lium, molli h. e. foemineo  
habitu, inter virgines aulae  
Lycomedis, turpiter occul-  
tare. 143. 44. Duc — pre-  
catu, h. e. duc filium, quo  
ante dicebas, et Deos vehe-  
menter precare, vt quaeli-  
bet aduersa ab eo auertant.  
Humili precatu infringere  
ornate, pro supplicibus pre-  
cibus fatigare, obtundere.



Nam superant tua vota modum, placandaque mul-  
tum

145

Inuidia est. Non addo metum, sed vera fatebor:

Nescio quid magnum (nec me patria omina fallunt)

Vis festina parat, tenerosque superuenit annos.

Olim ferre minas et obire audita solebat

Imperia, et nostris procul haud discedere ab antris. 150

Nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens,

Theffaliaeue niues; ipsi mihi saepe queruntur

Centauri, raptasque domos, abstractaque coram

Armenta, et campis semet fluuiisque fugari.

145. 146. Paulo obscurior oratio, quam obscuriorem reddit lectionis varietas. Vulgo legitur: *Non*; Bernartius volebat: *Nam*; Barthius: *Iam*. Deinde pro *placandaque multum*, idem legebat: *placandaque Diuum*, quod sane melius: nam frequens apud veteres *Deorum inuidiae* mentio est; quanquam et *multum* ferri potest, si *Diuum* tamen subaudiatur. Illud *non* autem plane absurdum videtur; pro quo siue *Nam*, siue *Iam* legas, non multum interest. Licebit autem hos versus planius ita  $\pi\alpha\rho\alpha\phi\rho\acute{\alpha}\zeta\epsilon\nu$ : „Recte facis, Theti, quod „filium tuum magicis arti- „bus lustrare decreuisti. Vi- „dentur enim ei multa ma- „la minari propter magnam „eius vehementiam; vnde

„Diis te supplicare frequen- „ter velim. Quidquid enim „de insigni eius robore et „impetu optare poteras, „modum iam omnem ex- „cessit; vt etiam inuidiam „Deorum excitet, quae tibi „sollicite cauenda, atque „adeo placanda erit. Equi- „dem timorem tuum, de eo „conceptum, non libenter „augeo, sed cogor tamen, „verum fateri. Nescio quid „magnum ect. — *Tua vota* eleganter pro *filius tuus*, et *quidquid pro eo votorum habes*. 147. *Patria omina* eate- nus h. l. dicuntur, quate- nus cum Chiron amat, vt *pater*. 149. *minas*, int. meas, vt patris. 143. *abstractaque coram*. *Coram* auget rem in- signiter, h. e. in ipsorum cen- spectu Achillem audere ta- lia. 154. *campis* — *fluuiis*.

Insidias, et bella parant, tumidique minantur. 155  
 Olim equidem, Argoos pinus cum Theffala reges  
 Huc veheret, iuuenem Alciden et Thesea vidi:  
 Sed taceo. Figit gelidus Nerëida pallor.  
 Ille aderat multo sudore, et puluere maior.  
 Attamen arma inter, festinatofque labores, 160  
 Dulcis adhuc visu; niueo natat ignis in ore  
 Purpureus, fuluoque nitet coma gratior auro.  
 Nec dum prima noua lanugine vertitur aetas,

que, se ab eo per campos,  
 ac trans fluuios fugari. 155.  
*tumidique minantur*: Bar-  
 thius legit: *timidique*, qua  
 emendatione nihil dicit ef-  
 fe certius; sed, nihil, me  
 quidem iudice, incertius.  
 Num enim, quaeso, *timidi*  
*minari* solent? Videtur qui-  
 dem vir doctus h. l. eum  
 timorem intelligere, quem  
 nos vocare nunc solemus  
*die Poltronnerie*, vt prae  
*ipso adeo timore minas* ina-  
 nes iaciant; sed, hic sen-  
 sus partim nimis longe pe-  
 titus est; partim ne locum  
 quidem habere potest, quum  
 Chiron ipse Achilli suo ab  
 his Centaurorum minis me-  
 tuat. *Tumorem* vero *irae*  
 assignari iam supra ad v. 36.  
 vidimus, et qui plura exem-  
 pla desiderat, adeat Clau-  
 dianum de Laud. Stil. L. II,  
 95. et Laud. Serenae. v. 135.  
 et vtrouique Gesneri notas.  
 156. *pinus* — *Theffala*, Ar-

go, quae passim apud poe-  
 tas nunc *pinus Theffala*,  
 nunc *ratis Argolica*, nunc  
*navis Peliaca*, nunc *puppis*  
*Pagasaea*, nunc aliter, vo-  
 catur; quae nomina omnia  
 a locis petita esse, tirones  
 notent. Sic Argonautae,  
*Minyae* a Valerio Flacco et  
 aliis, h. l. autem *reges* ap-  
 pellantur. 158. *Sed taceo*.  
 Abrumpit orationem, sed  
 quilibet videt, quid retice-  
 at, nempe: *Sed nihil hi*  
*omnes ad filium tuum*. 159.  
*Ille aderat*, i. e. dum inter  
 se Thetis ac Chiron collo-  
 quuntur, et illa huius nar-  
 ratione expauescit, Achil-  
 les ipse venatu redit. Sed  
 quod *sudore ac puluere maior*  
 fuisse dicitur, mihi videtur  
 paulo frigidius dictum. *De-*  
*formiorem* fuisse, lubens con-  
 cesserim. 160. *Festinati la-*  
*bores* haud dubie dicuntur,  
 quatenus Achilles Chiro-  
 nis indignationem e nimis

Tranquillaeque faces oculis, et plurima vultu  
 Mater inest. Qualis Lycia venator Apollo 165  
 Cum redit, et faeuis permutat plectra pharetris.  
 Forte et laetus adest: (o quantum gaudia formae  
 Adiiciunt!) foetam Pholöes sub rupe leaenam  
 Perculerat ferro, vacuisque reliquerat antris  
 Ipsam, sed catulos apportat, et incitat vngues. 170  
 Quos tamen, vt fido genitrix in limine visa est,  
 Abiicit, exceptamque auidis circumligat vhis,  
 Iam grauis amplexu, iamque aequus vertice matri.  
 Insequitur magno iam tunc connexus amore  
 Patroclus, tantisque extenditur aemulus actis, 175  
 Par studiis, aeuque modis, sed robore longe,  
 Et tamen aequali visurus Pergama fato.  
 Protinus ille subit, rapido, quae proxima, saltu

longa absentia verebatur.  
 164. *Tranquillaeque faces oculis*, quippe amore nondum imbutae; quod tamen paulo post Scyri factum est, vultu, datius antiquus pro vultui. 166. *faeuis — pharetris*. Hypallage, pro *permutat pharetras plectris*, i. e. post venatum lyram sumit. Vfus enim loquendi in *permutare* fert, vt res, quae antecedit, casu quarto, quae autem illam sequitur, sexto exprimatur. Hoc autem loco contra esse, quilibet videt. 167. *Forte*, h. e. casu quoque tum acciderat, vt gauderet de leone pro-

strato, etc. 170. *incitat vngues*, laceffendo irritat, vt irasci doceat, velut pueri catellos. 171. Felicissima imago filii, matrem reuerentis, quum videt, se, male agentem, eius praesentia opprimi. 175. *tantisque extenditur aemulus actis*. *Extenditur* est, quasi maior se ipso redditur, vel maiorem se ipso se sentit. Neque tamen adeo crasse errat Bernartius, quum legendum coniiicit: *accenditur*, vt eum accusat Barthius. 176. *longe*, ab eo sc. hoc est, Achille tamen multo inferior. 178. *Protinus ille*, rursus

Flumina, fumantesque genas, crinemque nouatur  
 Fontibus. Eurotae qualis vada Castor anhelo 180  
 Intrat equo, fessumque sui iubar excitat astri.  
 Miratur comitque senex, nunc pectora mulcens,  
 Nunc fortes humeros: angunt sua gaudia matrem.  
 Tunc libare dapes, Bacchaeaque munera Chiron  
 Orat, et, attonitam vario oblectamine mulcens, 185  
 Elicit extremo chelyn, et solantia curas  
 Fila mouet: leuiterque expertas pollice chordas  
 Dat puero. Canit ille libens immania laudum  
 Semina, quî tumidae superarit iussa nouercae  
 Amphitryoniades: crudum quo Bebryca caestu 190

Achilles intelligendus. 179. *crinemque nouatur*, capillos refrigerat, et sic quasi *renouat*. 181. *fessumque — astri*. Respicitur veterum opinio, qua sidera aquis marinis vel fluuialibus nutriri putabantur. 182. *comitque senex*, int. capillum alumni sui. Signum amoris tenerrimi ac vere paterni! 183. *angunt — matrem*. Acute dictum ac vere *ὀξύμωρον*. Sensus: Quamuis haec filii virtus matrem delectabat, tamen eandem simul, propter futura tempora, haud parum sollicitam habebat. 184-88. Officiosus hospes omnia expromit, quae matri sollicitae curas possent eximere. *Leuiter expertae pollice chordae* suauissime et graphice exprimunt, quod nunc etiam Musicos magistri faciunt, quando discipulis, *ἐπίδαξιν* parantibus, instrumentum ipsum porrigunt. Nos vocamus *das Stimmen*, aut *probiren*, *ob das Instrument rein stehe?* 188. 89. *immania laudum Semina*, exquisite, pro *immanium*, h. e. summarum laudum, vt apud Virgilium saepissime. 190. *Bebryca*, Amycum, Bebryciae regem, intelligit, crudelissimum, quem Pollux, (pugil exercitatissimus, vt supra v. 180. Castor, eques citatissimus) in expeditione Argonautica, caestu victum occidit; de quo certamine studiosis adolescentibus profuerit inter se contulisse, Apollonii Rhodii L. II, 1-98. et Valerii Flacci, L. IV, 198-314.

Obruerit Pollux, quanto circumdata nexu  
 Ruperit Aegides Minoi [brachia tauri,  
 Maternos in fine toros, [superisque grauatum  
 Pelion. Hic ficto risit Thetis anxia vultu,  
 Nox trahit in somnos: saxo collabatur ingens 195  
 Centaurus: blandisque humeris se innectit Achilles,  
 Quamquam ibi fida parens, affuetaque pectora ma-  
 vult.

At Thetis, vndifonis per noctem in rupibus astans,  
 Quae nato secreta velit, quibus abdere terris  
 Destinet, huc, illuc, diuersa mente volutat. 200  
 Proxima, sed studiis multum Mauortia, Thrace:  
 Nec Macedum gens dura placet, laudumque daturi  
 Cecropidae stimulos. Nimum opportuna carinis  
 Sestos, Abydenique sinus. Placet ire per altas  
 Cycladas. Hinc spretae Myconos humilisque Se-  
 riphos, 205  
 Et Lemnos, non aequa viris, atque hospita Delos

elegantissimas descriptiones  
 191-192. Hic breuiter mo-  
 do pugnam Thesei cum Mi-  
 notauris Staius describit;  
 pariter sic, sed paulo vbe-  
 rius, Thebaid. XII, 668-  
 673. et Catulli Epithal. Pe-  
 lei, v. 105 -- 111 neque  
 praeterea apud vllam aliam  
 veterem, siue poetam, siue  
 mythographum, huius cer-  
 taminis distinctam vel co-  
 piosam descriptionem re-  
 perio, quod profecto mire-

ris in tanta similitum certa-  
 minum, multitudine. 193.  
*Superisque grauatum.* Sci-  
 licet apud poetas dii prae-  
 sentes semper loca morta-  
 lium suo *pondere, maiestate,*  
*lumine,* etc. grauare solent:  
 itaque et hic, in nuptiis Pe-  
 lei ac Thetidis. 194. Rursus  
 graphica, et ad sensum egre-  
 gia imago. 198. *fida parens,*  
 int. ipsa aderat, adeoque  
 tum quidem, recte ad ma-  
 tris pectus dormire licuisset.

Gentibus. Imbelli nuper Lycomedis in aula  
 Virgineos coetus et littora persona ludo  
 Audierat, duros laxantem Aegaeona nexus  
 Missa sequi, centumque Dei numerare catenas. 210  
 Haec placet, haec timidae tellus tutissima matri,  
 Qualis vicino volucris iam fedula partu,  
 Iamque timens, qua fronde domum suspendat  
 inanem,  
 Prouidet hinc ventos, hinc anxia cogitat angues,

199. nato, hoc est, nati causa. 201 - 207. Iam veluti recensum Thetis instituit locorum, in quibus filius occultari possit; sed quibus singulis aliquid incommodi adhaereat. *Cecropidae laudum stimulos daturi*, int. Achilli filio. *Myconos* et *Seriphos*, duae Cycladum insulae, parum celebres; quas Thetis hoc loco *Spernit*, h. e. reiicit, non deligit, ad occultandum filium, *Lemnus* vocatur non aequa *viris*, quod ibi feminae maritos occiderant; quod copiose enarrat noster Theb. L. V. ab init. In *hospita gentibus* causa est, cur Thetis *Delum* non deligat, h. e. quia nimis ab omnium gentium hominibus frequenter, adeoque Achilles ibi breui tempore facillime prodi possit. *Imbellis* denique aula Lycomedis est,

quod partim hic nunquam bello deditus, partim senex, partim meris foeminis erat cinctus. 209 - 11. Alludit ad fabulam de Aegaeone, qui fertur Ioui a Thetide auxilio aduersus Gigantes adductus. Sed quum deinde et ipse contra Iouem rebellare tentasset, ab eo centum catenis in mari Aegaeo vincetus fuisse. Orto deinde rumore, eum conari effugere, Thetin a Ioue speculatum *missam*, num res vera esset. In hoc ergo itinere, Scyron praeteruectam de ludis istis muliebribus audisse, ideoque hanc potissimum insulam optimum filio latibulum ei *visam* esse. Hanc fabulam solus, quantum scio, Britannicus, Statii Scholiastes, habet; de veteribus nemo eam commemorauit. 213. *domum — inanem*, nidum, in quo non-

Hinc homines: tandem dubiae placet umbra, no-  
visque 215

Vix stetit in ramis, et protinus arbor amatur.  
Altera consilio superest, tristemque fatigat  
Cura Deam, natum ipsa sinu complexa per undas,  
An magno Tritone ferat, ventosque volucres  
Aduocet, an pelago solitam Thaumantida pasci. 220  
Elicit inde fretis, et murice frenat acuto  
Delphinas biuges: quos illi maxima Tethys  
Gurgite Atlanteo pelagi sub valle fonora  
Nutrierat. Nullis vada per Neptunia glaucae  
Tantus honor formae, nandique potentia, nec  
plus 225

Pectoris humani. Iubet hos subsistere pleno  
Littore, ne nudae noceant contagia terrae.

dum pulli sunt. 217-20. Sensus: Quum prima cura, *ubi filium tuto deponeret,* liberata esset, superest altera, *quomodo eum satis tuto il- luc transportaret?* Hic quatuor modi recensentur, ut vel ipsa eum complexa ferret, vel vni e Tritonibus imponeret, vel ventis ferendum traderet, vel Iridi transportandum permitteret. Sed reiectis omnibus, Delphines duo curru iungit, quos sciebat scilicet mutos esse, nec arcanum ipsius euulgaturos. 221. *murice frenat acuto.* Murex piscium genus est, ex quo-

rum pectinibus seu conchis, paulo firmioribus, frena facere solebant temporibus antiquissimis. Sed qualia haec fuerint, qua figura, et quomodo ad frenandum apta, nunc quidem difficulter aliquis docuerit. Equidem ignorantiam hic meam ingenue fateor. 222. *Maxima Tethys.* Hic quidem manifestissimus locus est, e quo discrimen *Thetidos,* ac *Tethyos,* (quae *maxima* h. l. appellatur) appareat, de quo supra dictum est ad Catulli Epithal. v. 29. 226. *Pectus humanum* non tam *sapientiam,* quam *eni-*

Ipsa dehinc toto resolutum pectore Achillem  
 (Qui pueris sopor) Haemonii de rupibus antri  
 Ad placidas deportat aquas, et iussa tacere 230  
 Littora: monstrat iter, totoque effulserat orbe  
 Cynthia. Prosequitur Diuam, celeresque recursus  
 Securus pelagi Chiron rogat, vdaque celat  
 Lumina, et abreptos subito iam iamque latentes  
 Erecto prospectat equo, qua cana parumper 235  
 Spumant signa fugae, et liquido perit orbita ponto.  
 Illum, non alias rediturum ad Theffala Tempe,  
 Iam tristis Pholoë, iam nubilus ingemit Othrys,  
 Et tenuis Sperchios aquis, speluncaque docti  
 Muta senis. Quaerunt puerilia carmina Fauni, 240  
 Et sperata diu plorant connubia Nymphae.  
 Iam premit astra dies, humilisque ex aequore Titan

*mum, h. e. benevolentiam in homines, Φιλανθρωπίαν*  
 h. l. notare, partim contextus docet, partim ex centis veterum locis, iisque notissimis, constat, quibus de humanitate delphinum agitur. Vel e sola Arionis apud Herodotum historia res abunde constat. 226. 27. Tangit opinionem veterum. qui delphinas, simul terram contigerint, statim mori, credidere. vid. Plinium H. N. L. IX. c. 8. 229. *Qui*, h. e. qualis et quantus pueris esse solet, i. e. altissimus. 231. Ergo plenilunium eo tempore.

233. *Securus pelagi*. Nihil enim erat, quod alumno suo malitimeret, quum eius mater imperium maris haberet. *uda*, lacrymantia propter tristitiam ex abitu. Imago suavissima. 235 *Erecto* — equo, ea corporis parte, qua equum referebat, h. e. inferiori. 237. *ad Theffala Tempe*. Locus apud veteres amoenitate sua notissimus, de qua tirones consultant in primis Aelianum V. H. L. III. c. 1. 240. *puerilia, carmina*, h. e. quae ipsis Achilles puer saepius antea lyra cecinisset, conf. supra v. 118. 242. *Humilem solem*



Rorantes euoluit equos, et ab aethere magno  
 Sublatum curru pelagus cadit. At vada mater  
 Scyria iamdudum, fluctus emensa, tenebat, 245  
 Exierantque iugo fessi Delphines herili,  
 Cum pueri tremefacta quies, oculique iacentis  
 Infusum sensere diem. Stupet aëre primo,  
 Quae loca? qui fluctus? vbi Pelion? Omnia versa  
 Atque ignota videt, dubitatque agnoscere ma-  
 trem. 250

Occupat illa manu, blandequae affata pauentem:  
 Si mihi, care puer, thalamos fors aequa dedisset,  
 Quos dabat, aethereis ego te complexa tenerem  
 Sidus grande plagis, magnique puerpera coeli,  
 Nil humiles Parcas, terrenaque fata vererer. 255  
 Nunc impar tibi, nate, genus, praecclusaque leti  
 Tantum matre via est; quin et metuenda pro-  
 pinquant

Tempora, et extremis admota pericula metis.

vocat poëta. quatenus ex oceano surgit, et ab aethere — cadit. Alludit ad eam Solis imaginem, qua nobis quoque interdum videtur, aquas attrahere vespertino tempore, nosque tum pluuiam postridie augurari solemus: *Es wird regnen; die Sonne zieht Wasser.* Caeterum sensus verborum est: *Pelagus guttae marinae, ab aethere magno, rursus cadunt in terram, quae a curru solis prius sublatae erant.* 247. *pueri tremefacta quies,* ornate, pro: quum puer e somno excitatus est. 253. *Quos dabat* i. e. certe datura erat, nisi Iupiter etc. conf. initium libri. 254. *Magni puerpera caeli,* sublimem et vere poeticam animo notionem subiicit, praesertim opposita *Parcis humilibus,* h. e. deabus inferis. 256-258. *impar,* propter diuersos parentes; nam *ex mea*

Cedamus: paulumque animos Summitte viriles,  
 Atque habitus dignare meos. Si Lydia dura 260  
 Pensa manu mollesque tulit Tirynthius hastas:  
 Si decet, aurata, Bacchum, vestigia palla  
 Verrere, virgineos si Iuppiter induit artus:  
 Nec magnum ambigui fregerunt Caenea sexus:  
 Has sine (quaeso) minas, numenque exire ma-  
 lignum. 265

parte immortalis tu quidem  
 esses; sed (haec supplenda)  
 ex patris tui, Pelei, parte  
 mortalitatem fortitus es.  
 Quin adeo mors valde tibi  
 propinqua est. 259. *Ceda-*  
*mus*, int. fati necessitati.  
 260. *meos*, i. e. foemineos.  
*dignare*, ne graueris indue-  
 re. 260-265. Iam exempla  
 magnorum heroum ac Deo-  
 rum ad consolandum filium  
 Thetis affert, *Herculis*, qui  
 apud Omphalen muliebri  
 habitu seruiuit, *Bacchi*, qui  
 foeminea palla subinde in-  
 dutus incessit. *Iouis*, qui  
 sub Dianae vestitu, Antio-  
 pam, Nyctei filiam corripit,  
 et *Caenidos*, quae a Neptu-  
 no vitiata, sexum virilem  
 in praemium accepit, ac  
 deinde *Caeneus* vocata est.  
 De primo nulla dubitatio,  
 nisi quod *molles hastas* Her-  
 culis alibi nusquam reperio.  
 De Baccho huc fortasse re-  
 ferendum, quod Apollodo-  
 rus L. III, c. S. init. habet:  
 Καταρδεὶς ὑπὸ Πέας καὶ τε-

λεταῖς ἐκμαθῶν, καὶ λαβῶν  
 παρ' ἐκείνης τὴν σολήν, ἐπὶ  
 Ἰνδῶς διὰ τῆς Θράκης ἠπά-  
 γετο. Furtum illud Iouis,  
 in Antiopa, nemo, quan-  
 tum scio, narrat, nisi La-  
 ctantius, scholiastes Statii,  
 ad h. l. Denique de Ca-  
 nide in Caeneum mutata fa-  
 bulam habet Hyginus Fab.  
 14. et alludit Ouidius Met.  
 XII, 472. sqq. 265. *Has*  
*minas*, Incertum, vtrum ad-  
 spectum *filii* indignantis,  
 ac nolentis in mollitiem, a  
 matre commendatam, con-  
 sentire, minantisque adeo,  
 poeta h. l. innuat. an po-  
 tius *fati* et, quod statim  
 sequitur, *maligni numinis*  
*minas*, intelligat? Vtrum-  
 que ferri potest, prius com-  
 mendat pronomen *has*,  
 quas sc. tu mihi hic iacis  
 atque intentas; et infra v.  
 271. 72. posterius hoc, quod  
 ita vnum, non duo, sub-  
 stantiua ac notiones verbo  
*exire* adiunguntur. Caete-  
 rum sensus et connexio est

Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam  
 Lustra tibi. Per ego hoc decus, et ventura iuuentae  
 Gaudia, si terras, humilemque experta maritum  
 Te propter, si progenitum Stygis amne fevero  
 Armaui, (totumque vtinam!) cape tuta parum-  
 per 270

Tegmina, nil nocitura animo. Cur ora reducis?  
 Quidue parant oculi? pudet hoc mitescere cultu?  
 Per te, care puer, cognata per aequora iuro.  
 Nesciet hoc Chiron. Sic horrida pectora tractat  
 Nequicquam mulcens; obstat genitorque roganti, 275  
 Nutritorque ingens, et cruda exordia magnae  
 Indolis. Effrenae tumidum velut igne iuuentae

haec: Si tot alii summi vi-  
 ri, ac Dii adeo, tale quid  
 fecerunt; tu, quaeso, *sinas*  
*exire*, i transire, effugias,  
 euites, fati velut nubem,  
 fortunam adversam, quae  
 tibi interitum *minatur*;  
 exhibit autem, non aliter,  
 nisi, quando meum consi-  
 lium secutus fueris. 266.  
 Mox ad Chironem tuum te  
 reducam. 266. *per ego hoc*  
*decus* etc. int. rogo et ob-  
 testor. Intelligit eius pul-  
 chritudinem, et futuras res  
 gestas, fortasse etiam amo-  
 res Deidamiae. 268. *humi-*  
*lemque experta maritum*,  
 sc. sum. Peleus enim im-  
 mane quantum a Ioue dista-  
 bat; hinc *humilis*, alio sen-  
 su, quam supra, v. 242. de

sole. 270. *Armaui*, contra  
 ictus omnes et inuulnera-  
 bilem, *ἀτρωτον*, reddidi,  
 immergendo in Stygem  
 (totumque vtinam!) Constat  
 enim, ea pedis particula,  
 qua mater eum detinebat,  
 vulnerabilem fuisse; vbi  
 etiam deinde a Paride, fa-  
 gitta ictus, periit. 274. *Ne-*  
*sciet hoc Chiron*. Cumulat,  
 quidquid potest argumento-  
 rum mouentium: vitabis  
 interitum; multi alii hoc  
 fecerunt; mox ad Chironem  
 redibis; vestitus iste animo  
 tuo nil nocebit; Chiron  
 ipse hoc non resciscet. Pul-  
 cherrime profecto Statius  
 affectus materni diligen-  
 tiam expressit. 276. *cruda*  
*exordia* h. e., asperius ex-

Si quis equum primis summittere tentet hebenis:  
 Ille diu campis, fluuiisque, et honore superbo  
 Gauisus, non colla iugo, non aspera praebet 280  
 Ora lupis: dominique gemit captius inire  
 Imperia, atque alios miratur discere cursus.  
 Quis Deus attonitae fraudes actumque parenti  
 Contulit? indocilem quae mens detraxit Achillem?  
 Palladi littoreae celebrabat Scyros honorum 285  
 Forte diem: placidoque fatae Lycomedae sorores  
 Luce sacra patriis (quae rara licentia) muris  
 Exierant, dare veris opes, Diuaeque seueras  
 Fronde ligare comas, et spargere floribus hastam.  
 Omnibus eximum formae decus: omnibus idem 290  
 Cultus, et, expleto teneri iam fine pudoris,  
 Virginitas matura toris, annique tumentes.

acta pueritia, et infueta  
 mollioris vitae. 279. hono-  
 re superbo, quod suae pote-  
 statis sit. 281. lupis, lupatis,  
 vt apud Ouid. Trist. IV. El.  
 6, 4. 283. 84. Miratur tan-  
 dem poëta ipse, quomodo  
 partim, in hac sollicitudine  
 Thetis tam astuta esse, par-  
 tim filius in tanta iuuenilis  
 animi ferocia detrabi, i. e.  
 flecti ac subigi potuerit.  
 285-89. Palladi littoreae, h.  
 e. littoris custodi. Multi  
 enim Deorum veterum, vt  
 littorum custodes coleban-  
 tur, et quatenus tales essent,  
 αἰγιάλιοι, ἐπάκτιοι etc. vo-

cabantur, vt Apollo, Venus,  
 Pallas, saepe hoc nomine  
 apud poëtas veniunt, conf.  
 Gevartium, ad Statii Silv.  
 III. 1, 106, vbi pariter de  
 Hercule Surrentino tale  
 quid occurrit. *Honorum* dies  
 est festus, sacrificiis sollemp-  
 nibus destinatus. Et quum  
 Pallas *virgo* esset, etiam h.  
 l. non nisi virgines, Lyco-  
 medis filiae, admittuntur.  
*Placidus* hic vocatur eodem  
 sensu, quo infra v. 305.  
*pius*, et supra, v. 207. aula  
 eius *imbellis*. *Dare veris*  
*opes*, Graecismus, πρὸς τὸ  
 aut ἐνεκα τῶν *dare*, flores.

Sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas  
 Obruit, aut humeris quantum Diana relinquit  
 Naides: effulget tantum regina decori 295  
 Deidamia chori, pulchrisque sororibus obstat.  
 Illius et roseo flammatur purpura vultu,  
 Et gemmis lux maior inest, et blandius aurum,  
 Atque ipsi par forma Deae, si pectoris angues  
 Ponat, et exempta placetur casside vultus. 300  
 Hanc vbi ducentem longe focia agmina vidit  
 Trux puer, et, nullo temeratus pectora motu,  
 Dirigit, totisque novum bibit ossibus ignem.  
 Nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis  
 In vultus atque ora redit: lucemque genarum 305  
 Tingit, et impulsum tenui sudore pererrat.

*Diuae*, intell. simulacri Pal-  
 ladis. 293. *annique tumen-*  
*tes*, est ἐπεζήνησις praee-  
 dentium: *virginitas matu-*  
*ra tori*, propriumque poë-  
 tis hac in re verbum. Sic  
 apud nostrum Theb. II, 204.  
 de Deiphile, Adraști filia;  
*tumida iam virginitate iu-*  
*gari*, et apud Claudianum.  
 Epithal. Pallad. v. 125. *ma-*  
*tura tumescit Virginitas*, et  
 Laus Seren. v. 124. *Vtraq.*  
*luminibus tumidum micat*,  
 ad quem locum vide Ges-  
 nerum. 299 - 300. *ipsi Deae*,  
 intellige Mineruae, cum qua  
 Deidamia comparatur, et  
 quam satis h. l. produnt *an-*  
*gues*; h. e. caput Gorgonis

in Aegide, serpentibus con-  
 tectum. Ideo autem Sta-  
 tius Deidamiam mihi com-  
 parare cum Minerua potif-  
 simum videtur, non cum alia  
 Dea quacunque, quia notio-  
 nem lectori proponere vo-  
 lebat puellae, quae, in sum-  
 ma venustate muliebri, ha-  
 beret tamen aliquid mascu-  
 lum, ideoque digna heroë  
 bellico iudicaretur. Eadem  
 de causa illam mox videtur  
*ducem* reliquarum facere, et  
 inferius L. II. 247. sqq. viri-  
 lem animum verbis proden-  
 tem eam inducit. 302. *nullo*  
*— motu*, qui nondum amaf-  
 set. 304. *redit*. Recte *redit*,  
 quod prius per oculos in-

Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant  
 Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur ostro:  
 Sic variis manifesta notis palletque rubetque  
 Flamma recens. Eat, atque vltro ferus, hospita fa-  
 crae 310

Discutiat turbæ securus, et immemor æui,  
 Ni pudor, et iunctæ teneat reuerentia matris.  
 Vt pater armenti quondam, rectorque futurus,  
 Cui nondum toto peraguntur cornua gyro,  
 Cum sociam pastus niueo candore iuencam 315  
 Adspicit, ardescunt animi, primusque per ora  
 Spumat amor: spectant hilares optantque magistri.  
 Occupat, accepto iam tempore, conscia mater:  
 Hosne inter simulare choros, et brachia ludo

*trarat.* 308. *vel ebur cor-*  
*rumpitur ostro,* h. e. misce-  
 tur, tingitur. Plane sic *vio-*  
*landi* verbo vsus est Virgi-  
 lius. Aen. XII, 67. *Indum*  
*puniceo veluti violauerit*  
*ostro Si quis ebur* etc. Alii  
 similiter; sed fundus om-  
 nium est locus Homeri  
 Iliad. δ, 141. Ως δ' ὄτρεις  
 τ' ἐλέφαντα γυνὴ Φόινικι  
 μίηνη. conf. Heynium ill.  
 ad loc. cit. Virgilio. 310.  
*eat.* Germanice dixisset: *Er*  
*möchte gleich darauf los*  
*springen.* 311. *immemor æ-*  
*ui,* h. e. quod ætate non-  
 dum prouectus esset, aut,  
 quod magis mihi placet,  
 temporis ac loci immemor,

cui hoc non conueniret.  
 314. *peraguntur.* Graphi-  
 cum vere h. l. verbum,  
 quod imaginem oculis sub-  
 iicit hominis, creta v. c.  
 magnum gyrum, ex quo cor-  
 nu tauri fiat, ducentis, ac  
 iam iam ad finem perducen-  
 tis, absoluentis. 115. *optant*  
*que magistri* -- *Quid optant?*  
 Hoc poëta omittit, facile  
 addendum a legentibus scil.  
 vt hic amor effectum ha-  
 beat, vt grex augeatur, etc.  
 318. *conscia mater,* Thetis,  
 quæ statim hunc filii aestum  
 obseruarat. 319. *Hosne in-*  
*ter.* Vnice veram puto con-  
 iecturam I. F. Gronouii:  
*Hasne inter,* adeo sua se

Nestere, nate, graue est? gelida quid tale sub Offa 320  
 Peliacisque iugis? O si mihi iungere curas,  
 Atque alium portare sinu contingat Achillem!  
 Mulcetur, laetusque rubet, visusque superbos  
 Obliquat, vestesque manu leuiore repellit.  
 Aspicit ambiguum genitrix, cogitque volentem, 325  
 Innectitque sinus. Tunc colla rigentia mollit,  
 Submittitque graues humeros, et fortia laxat  
 Brachia, et impexos certo domat ordine crines,  
 Ac sua dilecta ceruice monilia transfert,  
 Et picturato cohibet vestigia limbo: 330  
 Incessum motumque docet, fandique pudorem.

ipsa simplicitate commen-  
 dat. 320. 21. *gelida quid—*  
*iugis?* supple: *vidisti*, aut  
*contigit*. Curiositatem filii  
 excitat. 321. 22. *O si —*  
*Achillem!* *Curas iungere*,  
 non tam ita intellexerim,  
*ut tuis curis meas iungam*,  
 (quod Vet. Schol. apud  
 Barthium ad h. l. vult)  
 quam, *ut veteribus curis*  
*meis nouae iungantur*; h. e.  
 curis matris de filio, cura  
 auiae de nepote. 324. *obli-*  
*quat*, oblique ad puellam  
 detorquet, deposita pristina  
 vultus ferocia. *Vestesque*  
*manu leuiore repellit*. Quas-  
 nam? Viriles? Ita interpre-  
 tes, nempe ut foemineas  
 induat. Sed hoc mihi non  
 conuenire videtur cum no-  
 tione *repellendi*; viriles  
 enim non *repellit*, sed tan-

tum *exiit*. Et quid sibi  
 deinde *manus leuior* velit,  
 non video. Itaque *foemineas*  
 potius intelligam, quas an-  
 tea aspera et grauiori manu  
 repulerat, at nunc, quum  
 amorem concepisset, *leuiori*  
 tantum *repellit*; imo vltro  
 arriperet, nisi puderet ip-  
 sum, ab altero extremo in  
 alterum irruere. 326. *sinus*,  
 vestimenti sc. muliebris eius  
 corpori. 326 - 331 Totus hic  
 locus est pulcherrimus ad  
 exprimendam muliebrem in-  
 ornando corpore sollicitu-  
 dinem. Atque illa verba  
 actiua, *mollit*, *submittit*, *la-*  
*xat*, *domat*, non de actu  
 ipso, quin ne de conatu  
 quidem, sed de institutione  
 tantum per verba, expli-  
 canda videntur, quod ex  
 ipso *docendi* vocabulo ap-

Qualiter artificis victurae pollice cerae  
 Accipiunt formas, ignemque, manumque sequuntur.  
 Talis erat diuae, natum mutantis, imago.  
 Nec luctata diu. Superest nam plurimus illi 331  
 Inuicta virtute decor, fallitque tuentes  
 Ambiguus tenuique latens discrimine sexus.  
 Procedunt, iterumque monet, rursumque fatigat  
 Blanda Thetis: Sic ergo gradus, sic ora manusque,  
 Nate, feres, comitesque modis imitabere fictis, 340  
 Ne te suspectum molli non misceat aulae  
 Rector, et incepti pereant mendacia furti.  
 Dixit, et admoto non cessat comere tactu.  
 Sic, vbi virgineis Hecate lassata pharetris,  
 Ad patrem fratremque redit, comes haeret eunti 345  
 Mater, et ipsa humeros, exertaque brachia velat:

paret. *Dilecta ceruice*, in dilectam filii ceruicem. *Picturato* cobibet vestigia limbo, ne gressu grandi et virili, qualis est equitum cataphractorum, ocreis indutorum, sese proderet, ampliolem limbum circumdat, vt magnitudo gressuum sub eo latitet. 332 — 33. Cui non hic sua sponte occurrat Plinii notum illud distichon, L. VII. Ep. 9. *Vt laus est cerae, mollis cedensque sequatur Si doctos digitos iussaue fiat opus; etc.* Prope abest, vt Plinium ex hoc Statii loco duxisse suum cre-

dam. 335. *Nec luctata diu*, int. cum difficultatibus, e forma eius virili ortis. 336. *Inuicta virtute*, h. e. quamuis virilis forma a pulchritudine non opprimeretur, sed pelluceret. 338. *fatigat*, obtundit, enecat; verbum pulchre delectum, ad indicandam non modo foemineam sollicitudinem et loquacitatem, sed et pueri impatientiam. 342. *Rector*, Lycomedes rex. 345. *redit*, in caelum, vt ex venatibus cibum diis afferat. 346. *ipsa humeros*, mater sc. Latona, *humeros Dianae*, mater sc.



Ipsa arcum, pharetramque locat, vestesque latentēs  
 Deducit, sparsosque studet componere crines.  
 Protinus aggreditur regem, atque ibi, testibus aris :  
 Hanc tibi, ait, nostri germanam, rector, Achillis 350  
 (Nonne vides, vt torua genas, aequandaque fratri?)  
 Tradimus: arma humeris, arcumque animosa petebat  
 Ferre, et Amazonio connubia pellere ritu.  
 Sed mihi curarum satis est pro stirpe virili;  
 Haec calathos, et sacra ferat, Tu frange regendo 355  
 Indocilem, sexumque tene, dum nubilis aetas,  
 Soluendusque pudor. Neue exercere proteruas  
 Gymnadas, aut lustris nemorum concede vagari.  
 Intus ale, et similes inter seclude puellas.  
 Littore praecipue portuque arcere memento. 360  
 Vidisti modo vela Phrygum, iam mutua iura

filiae. 347. *vestesque latentēs*  
*Deducit*, h. e. vestes,  
 quarum longitudo *latet*.  
 quia succincta adhuc fue-  
 rat, *deducit* ad pedes vsque,  
 vt fiat vestitus decentior et  
 modestior. 349. *testibus aris*.  
 Haec duo verba vtrum nar-  
 rantis poetae sint, an lo-  
 quentis Deae, parum retu-  
 lerit; vtrobique idem sen-  
 sus est. At quam recte et  
 pie Statius Thetin, data  
 opera iurando fallentem, in-  
 ducat, ipse viderit. 351.  
*vt torua genas*, int. sit. 353.  
*connubia pellere*, pro simpli-  
 ci, *sine matrimonio viuere*.

354. *curarum satis*, sollici-  
 tudinis, ne Achilles meus  
 bello pereat. 355. *calathos*  
*et sacra*, Mineruae, quae  
 tum ibi a virginibus cele-  
 brabantur. 356. *tene*, retine,  
 cohibe, ne limites, a natura  
 foeminis fixos, transeat,  
*dum*, donec tempus legiti-  
 mum adsit coniugii. 358.  
*Gymnadas* ideo cauere a Ly-  
 comede vult, quod ibi cor-  
 pora nudabantur, vnde  
 fraus statim agnita fuisset.  
 Hinc *proteruas* etiam appel-  
 lat. 360. *Littore* — *memento*,  
 non modo, vt ne aufugiat  
 sponte, sed inprimis, ne ab

Fallere transmissae pelago didicere carinae.  
 Accedit dictis pater, ingenioque parentis  
 Occultum Aeaciden (quis diuûm fraudibus obstet?)  
 Accipit; vltro etiam veneratur supplice dextra, 365  
 Et grates electus agit: nec turba piarum  
 Scyriadum cessat nimio defigere visu  
 Virginis ora nouae, quantum ceruice comisque  
 Emineat, quantumque humeros ac pectora fundat.  
 Dehinc sociare choros, castisque accedere sacris 370  
 Hortantur, ceduntque loco, et contingere gaudent.  
 Qualiter Idaliae volucres, vbi mollia frangunt  
 Nubila, iam longum coeloque domoque gregatae,  
 Si iunxit pennas, diuersoque hospita tractu  
 Venit auis, cunctae primum mirantur et horrent, 375  
 Mox propius propiusque volant, atque aëre in ipso  
 Paulatim fecere suam, plausuque secundo  
 Circumeunt hilares, et ad alta cubilia ducunt.  
 Digreditur, multum cunctata in limine, mater  
 Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit 380

aliis rapiatur, vt Helena  
 nuperrime a Paride. 362.  
*didicere carinae.* Multo or-  
 natius *carinis*, per proso-  
 popoeiam tribuit, quod ea-  
 rum *vectori*, Paridi tribuen-  
 dum erat, vt mutua *iura*,  
 h. a. ius gentium, connu-  
 biorum etc. *fallant*, tur-  
 bent. 363. 365. Lycome-  
 dem, Deidamiae *patrem*, in-  
 telligit, qui hunc *Aeaciden*,  
 Achillem, *ingenio*, h. e. frau-

de *parentis*, Thetidos, *oc-*  
*cultum*, occultatum, (*un-*  
*kenntlich gemacht*) libenter  
 suscipit, atque etiam bea-  
 tum se illo honore censet.  
 367. 68. *defigere visu Virgi-*  
*nis ora nouae.* Hypallage  
 est, pro *visum nimis in ore*  
*defigere.* 369. *fundat*, ex-  
 tendat. 372. *Idaliae volu-*  
*cras*, columbae, Veneri sa-  
 crae, quibus cum recte hic  
 puellarum *regiarum simpli-*

Auribus, et tacito dat verba nouissima voto.  
 Tunc excepta freto, longe ceruicē reflexa,  
 Abnatat, et blandis affatur littora verbis:  
 Cara mihi tellus, magnae cui pignora curae,  
 Depositedumque ingens timido commisimus astu, 385  
 Sis felix, taceasque, precor, quo more tacebat  
 Creta Rheae; te longus honos, aeternaque cingent  
 Tempia, nec instabili fama superabere Delo.  
 At ventis, et sacra fretis, interque vadofas  
 Cycladas, Aegeae frangunt vbi saxa procellae, 390  
 Nereidum tranquilla domus, iurandaque nautis  
 Insula, ne solum Danaas admitte carinas,  
 Te precor. Hic thiasos tantum, nihil vtile bellis,  
 Hic famam narrare doce. Dumque arma parantur

citas innocens comparatur.  
 381. *tacito dat verba nouissima voto.* Planius: Verba eius vltima preces et vota continent. 384. *magnae cui pignora curae.* Pignora quartus casus est, qui regitur a *commisimus*; ergo *magnae curae*, non tertius casus, sed secundus, hoc sensu: pignora, quae magnam mihi curam iniiciunt; vnde statim eum *ingens depositum* vocat, Diuae quippe filium. 386. 87. *quo more tacebat Creta Rheae*, quum illa natum ex se Iouem, nymphis Cretenſibus, et Curetibus credidisset, ne a Saturno patre deuoraretur. 387. *cingent*, ornabunt, colent. 388.

*Instabilem Delum* dicit, quod ante partum Latonae, in mari natabat, sed a Neptuno deinde figebatur. Nota fabula. 389-93. Ordo horum versuum hic est: *At te, o insula, qua sacra es ventis ac fretis, et tranquilla domus Nereidum, inter medias Cycladas vadofas, vbi Aegeae procellae frangunt saxa, i. e. scopulos suis fluctibus et pulsu, per quam porro nautae olim iurabunt, — te, inquam, vnum hoc precor, ne Graecorum naues admittas, quae incolastuos ad bellum Troianum ducant.* 393. 94. Sensus: Doce famam narrare, hęc nihil bellis vtile, sed

Dorica, et alternum Mauors interfurit orbem, 395  
(Cedo equidem) fit virgo pii Lycomedis Achilles.

Interea meritos vltrix Europa dolores,  
Dulcibus armorum furiis et supplice regnm  
Conquestu flammata, mouet. Quippe ambit Atrides  
Ille magis, cui nupta domi, facinusque relatu 400  
Asperat Iliacum. Captam sine Marte, sine armis  
Progeniem coeli, Spartaequae potentis alumnam.  
Iura, fidem, superos, vna calcata rapinâ  
Hoc foedus Phrygium? haec geminae commer-  
cia terrae?

Quid maneat populos, vbi tanta iniuria primos 405  
Degrassata duces? Coeunt gens omnis, et aetas,  
Nec tantum exciti, bimari quos Isthmia vallo  
Claustra, nec, vndifonae quos circuit umbo Maleae;  
Sed procul amoti, Phryxi qua semita iungi

thiasos tantum, i. e. saltationes, choreas, festa, intesse, valere, celebrari, aut simile. Omissus enim est infinitiuus. 395. *alternum -orbem*, Europam et Asiam. 398. *Dulcibus armorum furiis* argute, et, per oxymoron, quia furor bellicus, partim propter infuetas adhuc belli molestias, partim propter vindictae studium, partim denique propter praedandi spem *dulcis* videtur *regum*, Menelai et Agamemnonis. 399 - 400. *ambit Atrides Ille magis*, h. e. Menelaus Graeciam omnem circumit,

opis quaerendae causa *studiosus*, quam reliqui, quoniam *ipsius* vxor erat rapta. *Relatu Asperat*, verbis auget, exaggerat. 402, *Progeniem coeli*, Iouis enim filia ex Leda, erat Helena. 404. *Hoc foedus Phrygium?* Hospitii foedus intelligit, quod Paris violarat. 407. 408. *bimari — vallo*. Perpetuum apud veteres Corinthi, et omnino Peloponnesi epitheton *bimaris*, vt vel apud Hor. L. I. Od. 8. *bimarisue Corinthi*, etc. *umbo Maleae*, ornate, pro *Malea* simpliciter. Caeterum

Europamque Afiamque vetat, quasque ordine  
gentes 410

Littore Abydeno maris alligat vnda superni,  
Feruēt amor belli, concuſſasque erigit vrbes.  
Aera domant Temesae; quatitur naualibus ora  
Euboīs, innumera resonant incude Mycenae;  
Pisa nouat currus, Nemeē dat terga ferarum, 415  
Cirrha sagittiferas certat stipare pharetras;  
Lerna, graues clypeos caesis vestire iuuen-  
cis:  
Dat bello pedites Aetolus, et asper Acarnan.  
Argos agit turmas. Vacuantur pascua ditis  
Arcadiae. Frenat celeres Epiros alumnos, 420

in quantitate penultima  
huius vocis, quae sane pro-  
pter originem Graecam bre-  
uis esse debet, variat Sta-  
tius. Hoc enim loco et  
Theb. L. VII, 16. (qui no-  
stro est simillimus) eam pro-  
ducit; alibi corripit, vt Silv.  
I, 3, 97. *Si Maleae cre-  
denda ratis* Theb. I. 100.  
*Arripit extemplo Maleae*  
etc. II, 33. *Qua formida-  
tum Maleae* etc. 409, *Phry-  
xi semita* Helleſpontus est.  
410. II. Sensus: Quas mare  
supernum, i. e. Propontis,  
littore Abydeno, h. e. dex-  
tro et Asiatico, alligat, con-  
tinet. 412. *concuſſasque eri-  
git vrbes.* *Concuſſas* infi-  
gniter h. l. auget. Non enim  
modo florentes opibus, sed  
et debilitatas, vel bello, vel

peſte, vel terrae motu vr-  
bes, ad tantum bellum, ait,  
furrexiſſe. Sequiturque iam  
*μεριμῶς* earum insignis, et  
qua quaelibet veluti dote  
prae ceteris excelluerit, si-  
mul indicatur. 413. *Aera* —  
*Temesae.* *Temesae, arum,*  
ac *Temese, es,* (vtraque enim  
forma apud Statium occur-  
rit. v, Silv. I, 1, 42.) Cypri  
vrbs, officinis ferrariis cele-  
berrima, 416. *Cirrha,* vrbs  
Phocidis, Phoebō sacra, vn-  
de de pharetris conficiendis  
h. l. celebratur. 417. *caesis*  
*iuuen-  
cis,* pellibus boum.  
419. *turmas,* equites; oppo-  
nuntur enim peditibus v.  
418. *vacuantur pascua,* pa-  
storibus sc. qui iam arma  
coguntur fumere. 420. *cele-  
res - alumnos,* hoc est, equos,

Phocis et Aeoniae iaculis rarescitis umbrae;  
 Murorum tormenta Pylos Messanaque tradunt.  
 Nulla immunis humus; velluntur postibus altis  
 Arma olim dimissa patrum; flammisque liquefcunt  
 Dona Deum; raptum superis Mars efferat aurum. 425  
 Nusquam umbrae veteres; minor Othrys et ardua  
 fidunt

Taygeta; exuti viderunt aëra montes.  
 Iam natat omne nemus, caeduntur robora classi;  
 Sylva minor remis: ferrum laxatur ad vsus  
 Innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma, 430  
 Belligeros quod frenet equos, quod mille catenis  
 Squallentes nectat tunicas, quod sanguine fumet,  
 Vulneraque alta bibat, quod conspirante veneno  
 Impellat mortes; tenuantque humentia saxa

421. *iaculis rarescitis* Paulo obscurius ac iusto breuius. Volebat dicere: *propter iacula, confectae lignis earum arborum, quae vos olim efficiebant.* Ac tales locutiones, paulo duriores, in primis tropos, totus insequens locus, plures continet, in quo mihi quidem, affectrae sublimitatem, non assequi, Staius videtur. Talia quoque loca maxime sunt, quibus *tumoris* infamiam, excellens alioqui poeta, vnice debet. 424. 25. *flammisque liquefcunt Dona Deum,* h. e. belli monu-

menta, Diis iam dedicata, v. c. enses, hastae, etc. rursus conflantur. *efferat,* ad feros vsus aptat. 426. *Nusquam umbrae veteres,* int. *manent, supersunt.* 428. *nemus.* Continens pro contento, *arbores nemorum,* ad naues adhibitae. 429. *Sylva minor,* fit, h. e. minuitur. 434. *Impellat mortes,* acceleret, *tenuantque humentia saxa* *Attritu.* Saxa sunt cotes, quas *humentes* vocat, fortasse, quia humo madida tolluntur; Eaedem *attritu tenuantur* a bellantibus i. e. atteruntur, quan-

Attritu, et nigris addunt mucronibus iras. 435

Nec modus, aut arcus lentare, aut fundere glandes,

Aut torrere fudes, galeasque attollere conis.

Hos inter motus pigram gemit ora quietem

Theffalis, et geminis incusat fata querelis,

Quod senior Peleus, nec adhuc natus Achilles. 440

Iam Pelopis terras Graiùmque exhausterat orbem

Praecipitans in transtra viros insanus, equosque

Bellipotens; feruent portus, et operta carinis

Stagna, suasque hyemes classis promotæ, suosque

Attollit fluctus. Ipsum iam puppibus aequor 445

Deficit, et totos consumunt carbasa ventos.

Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis,

Rupibus expositis, longique crepidine dorfi

Euboicum scandens Aulis mare, littora, multum

do enses, iacula, sagittas, iis student acuere. 435. *nigris* — *iras*. Excellens Propopoeia. *Nigrimucrones* sunt, vel a rubigine, vel propter effectum letiferum. 442. 43. *insanus* — *Bellipotens*. Rarum quid, adiectiua duo, quorum alterum, pro Substantiuo et Nomine proprio ponatur, vt h. l. *Bellipotens*, pro *Marte*, non tamen sine exemplo prorsus, vt arbitror.

444. 45. *suasque hyemes* — *fluctus*. Planius: Classis tam numerosa est, vt suo ipsius motu, tempestate n sibi ex-

citet. *Sane eleganter et poëtice*, ad h. l. inquit Barthius; ego contra paulo *ὑπερβολικώτερον* esse putem. sed *de gustibus*, vt aiunt — 447. *Hecateia* i. e. Dianae consecrata, quae etiam Hecate vocatur, quæ ad inferos pertinet. Sed solent poëtae frequenter, diuersa Deorum nomina, diuersis de causis imposita, inter se permutare, non habita ratione loci ac temporis, quo vnumquodque cuique impositum sit. Exempla vbiuis obuia. 448. *expositis*, in mare prominentibus. 449.

Montiuagae dilecta deae; iuxtaque Caphareus, 450  
 Latratum pelago tollens caput. Ille, Pelasgas  
 Vt vidit transnare rates, ter monte, ter vndis,  
 Intonuit, faeuaeque dedit praesagia noctis.  
 Coetus ibi armorum, Troiae fatalis, ibi ingens  
 Iuratur bellum, donec Sol annuus omnes 455  
 Conficeret metas. Tum primum Graecia vires  
 Contemplata suas; tunc sparsa ac dissona moles  
 In corpus vultumque coit, et rege sub vno  
 Disposita est. Sic curua feras indago latentes  
 Claudit, et admotis paulatim cassibus arctat. 460  
 Illae ignem sonitumque pauent, diffusaque relinquunt  
 Auia, miranturque, suum decrescere montem,

*scandens*, maris superficiem altitudine superans. 451. *Latratum pelago*, allatratum a fluctibus, veluti canibus. Metaphora excellens, quoniam hic maris sonus magnam habet cum latratu canis aut maioris etiam bestiae similitudinem. 451. *ille*, Caphareus mons. 453. *faeuaeque — noctis*. Innuit noctem illam tristissimam, qua Nauplius, Graecos, propter occisum ab iis ad Troiam Palamedem filium ulturus, luminibus e Caphareo suspensis, eorum naues, tempestate agitatas, et illuc tanquam in portum properantes, ad scopulos allexit, ut et ipsae eliderentur, et vectores miserrime perirent.

Caeterum hoc de Capharei praesagio figmentum valde felicem poetae phantasia prodit. 54. *sparsa ac dissona moles*, diuisa tum in plures minores respublicas Graecia. 458. *Vultum*, et ornatus causa *corpori* additur; et, ut augeat. q. d. *coit* in corpus, idque non variegatum, (*buntcheckigt*) sed vnum, conforme, iustum, *rege sub vno*, Agamemnone. 461. *ignem sonitumque*, a venatoribus excitatum. 462 *miranturque — montem*. Sensus est: Ferae, quae totum adhuc montis spatium tenuerant, nec tamen sentiunt, se cassibus cingi, mirantur, quomodo is tam celeriter in breuius spatium



Donec in angustam ceciderunt vndique vallem,  
Inque vicem stupuere greges, socioque timore  
Manfuescunt. Simul hirtus aper, simul vrsa lu-  
pusque

465

Cogitur, et captos contemnit cerua leones.

Sed quamquam gemini pariter sua bella capeffiant  
Atridae; famamque auidi virtute paternam

Tydides, Sthenelusque premant, nec cogitet annos  
Antilochus, septemque Ajax umbone coruscet

470

Armenti reges, atque aequum montibus orbem,

Confiliis, armisque vigil contendat Vlyffes:

Omnis in absentem belli manus ardet Achillem.

Nomen Achillis amant, et in Hectora solus Achilles

Poscitur. Illum vnum Teucris Priamoque loquun-  
tur

475

contrahatur. Notandum est, ne comparationis huius, v. 459-66. tam pulchrae consilium male iudicetur, vel ipsum adeo claudicare existimetur, eam non respicere totam praecedentem descriptionem Graeci exercitus; sed illa modo verba postrema: *sparsa moles ac dissona — coit*; adeoque poetam docere velle, in calamitate publica et communi, vel inimicissimos in gratiam redire. Certe hoc clare ostendit, v. 466.

468. 69. *Tydides Sthenelusque*, Ille Diomedes est, Ty-

dei filius, hic Capanei. Vtriusque pater bello Thebano, quod in Thebaide Staius cecinit, insigniter inclaruerant. *Famam premere* est eius, veluti personae fugientis, vestigia strenue persequi, i. e. aemulari. 469. *coruscet*, i. e. coruscus ostendat, sensu Hebraeorum Hiphilico. *Septem armenti reges*, h. e. tauri, septem coria taurina sunt, quibus Aiace *umbo*, clypeus, erat circumdatus. 471. *aequum moenibus orbem*, clypeum. Seu *montibus legas*, seu *moenibus*, vtraque insignis est

Fatalem. Quis enim Haemoniis sub vallibus alter  
 Creuerit, effossa reptans niue? Cuius ab ortu  
 Cruda rudimenta et teneros formauerit annos  
 Centaurus? patrii propior cui linea coeli?  
 Quemue alium Stygios tulerit secreta per amnes 480  
 Nerëis? et pulchros ferro perstrinxerit artus?  
 Haec Graiae castris iterant traduntque cohortes.  
 Cedit turba ducum, vincique haud mœsta fatetur.  
 Sic, cum bellantes Phlegraea in castra coirent  
 Coelicolae, iamque Odryfiam Gradius in hastam 485  
 Surgeret, et Libycos Tritonia tolleret angues,  
 Ingentemque manu curuaret Delius arcum:  
 Stabat anhela metu, solum, Natura, Tonantem  
 Respiciens, quando ille hiemes tonitrusque vocaret  
 Nubibus, igniferam quae fulmina posceret Aet-  
 nam. 490  
 Atque ibi dum mixta vallati plebe suorum  
 Et maris, et belli consultant tempora reges,  
 Increpitans magno vatem Calchanta tumultu,

hyperbole, haec tamen lenior ac tolerabilior. 479. *linea coeli.* Genealogicam hic intellige, retro ductam, per Peleum, patrem, et Aeacum, auum, ad Iouem proauum. 481. *Nereis*, Thetis mater, Nerei filiã, eum recens natum in Stygem immiserat, vt ἀργυρος fieret, 482. *iterant traduntque.* Haud dubie transponenda haec duo verba, praesertim

quum salua profodia fieri possit. 485. 86. *in hastam Surgeret*, hastam sumeret, sumtãque in praelium iret. Petita locutio e Virgilio, Aen. XI, 283 sq. *quantus Inclypeum assurgat*, etc. *Libycos — angues* Aegidem, in qua caput Medusae, in Oceano Aethiopico versantis, angues habens pro crinibus. 490. *Aetnam*, h. e. Cyclopes, sub ea habitantes, qui

Protesilaus ait: (namque huic bellare cupido  
 Praecipua, et primae iam tunc data copia mortis) 495  
 O nimium Phoebi tripodumque oblite tuorum,  
 Thestoride, quando ora, Deo possessa, mouebis  
 Iustius? aut quando Parcarum occulta recludes?  
 Cernis, vt ignotum cuncti stupeantque petantque  
 Aeaciden? Sordet vulgo Calydonius Heros, 500  
 Et magno genitus Telamone, Ajaxque secundus:  
 Nos quoque; sed Mauors arreptaque Troia probabunt.  
 Illum neglectis (pudet heu!) ductoribus, omnes,  
 Belligerum ceu numen, amant. Dic ocyus (aut cur  
 Serta comis, et mitis honos?) quibus abditus  
 oris? 505

Quaue iubes tellure peti? Nam fama, nec antris

fulmina ei fabricabant. 495  
*primae--mortis.* Huic enim  
 fato destinatum erat, vt  
 Graecorum omnium pri-  
 mus ad Troiam occumbe-  
 ret. Vix itaque e naui ex-  
 scenderat, quum ab Hecto-  
 re occisus est. 497. *Thesto-  
 ride.* Est ipse, modo dictus  
 Calchas, Thestoris filius.  
 500. *Calydonius,* Diomedes,  
 etiam modo dictus, Tydei  
 filius, sed Calydone oriun-  
 dus. 501. *secundus,* pro *al-  
 ter* h. l. Oilei filius. 502.  
*Nos quoque--probabunt.* In-  
 dignatur, tot heroës, etiam  
 se ipsum, contemni, quasi  
 ignauos; *sed,* se veluti col-  
 ligens: *probabunt,* addit,

*Mauors,* mea virtus, et  
*Troia arrepta,* h. e. prae-  
 ceptus meus e naui saltus  
 contra urbem, supple: non  
 esse, cur adeo contemnar.  
 504. 505. (*aut cur Serta co-  
 mis, et mitis honor?*) *cur  
 sarta,* ornamentum vatis,  
*comis* tuis dependent, et  
*mitis honor* tibi habetur, nisi  
 potes arcana aperire? Si  
 modo recte se habet *mitis,*  
 opponitur honori *bellico;*  
 sed Barthius praefert e me-  
 lioribus libris: *multus,* quod  
 mihi quoque rectius vide-  
 tur. 505. *Quibus abditur  
 oris?* int. est, latet Achil-  
 les? 506. *fama,* scil. est,

Chironis; patria nec degere Peleos aula.  
 Eia, irrumpe Deos, et fata latentia laxa,  
 Laurigerosque ignes, si quando, auidissimus hauri!  
 Arma horrenda tibi, faeuosque remisimus enses: 510  
 Nunquam has imbelles galeâ violabere vittas:  
 Sis felix, numeroque ducum praestantior omni:  
 Si magnum Danais per te portendis Achillem.  
 Iam dudum trepido circumfert lumina motu,  
 Intransentemque Deum primo pallore fatetur 515

fert, eum. 508. *fata latentia laxa*. Proprie loquendo, quae latent, non laxantur, sed reteguntur, aperiuntur; defendi tamen hoc verbum potest, per cognatam *vinculorum* notionem, quia, quae latent, veluti claustris conclusa et catenis alligata videntur. Est igitur potius breuiloquentia, ac, si dixisset: *Laxa obices et claustra, ut introspicere fata latentia liceat*. 509. *Laurigeros ignes* dicit ἐν θυραίων, *furorem illum*, quem Pythia solebat plerumque expectare, vaticinatura. Hos ergo *ignes si quando*, si vnquam alias cupide, nunc certe *hauri*, expete ab Apolline, et excipe. 510. Sensus: Ideo, vt hac certe re aliquid in commune prodesse, militare te nobiscum non iussumus. 511. *has imbelles — vittas*. Friget sane paululum alterutrum epitheton,

vt supra apud Tibullum in Messalla, v. 16, *Hic paruus labor*. Equidem, si Statii loco fuisset, posuisset: *Imbelles nunquam galea* etc. Sed obrepunt interdum talia poëtis argenteae aetatis, vel optimis. 513. *Si — per te portendis Achillem*. Habet sane sensum haec lectio, si *portendis* capiamus pro *promittis*; sed hoc verbum de vatibus non sic dicitur, nec de bonis rebus, verum de malis. Etiam illud *per te frigere* mihi quidem videtur. Haud paulo igitur melius est; quod Barthius ex aliquo libro profert: *Si — pro te praetendis Achillem*, h. e. si tua vice alium bellatorem Achillem nobis sistas, *wenn du den Griechen statt deiner, deinen Mann, den Achill stellest*. 515. *Intransentemque Deum*, h. e. Apollinem, *fatidicum, primo pallore*, non, tanquam alius

Thestorides; mox igne genas et sanguine torquens,  
 Nec focios, nec castra videt: sed coecus et amens  
 Nunc superum magnos deprendit in aethere coetus;  
 Nunc sagas affatur aues, nunc dira sororum  
 Licia, thuriferas modo consulit anxius aras, 520  
 Flammaramque apices rapit, et caligine sacra  
 Pascitur. Exsiliunt crines, rigidisque laborat  
 Vitta comis; nec colla loco, nec in ordine gressus.  
 Tandem fessa tremens longis mugitibus ora  
 Solut, et oppositum vox eluctata furorem est: 525  
 Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum  
 Foemineis, Nerëi, dolis? Huc mitte, quid aufers?  
 Non patiar; meus iste, meus, tu diua profundi.  
 Et me Phoebus agit. Latebris quibus abdere tentas  
 Euerforem Asiae? Video per Cycladas altas 530  
 Attonitam, et turpi quaerentem littora furto.  
 Occidimus; placuit Lycomedis conscia tellus.  
 O scelus! en fluxae veniunt in pectora vestes.  
 Scinde, puer, scinde, et timidæ ne crede parenti!

pallor sequatur, sed nude  
 primum, ab initio. 519. sa-  
 gas, praesagas, vt Theb.  
 VIII, 204. sagi, i. e. prae-  
 sagi clangores aetheris, 519  
 Licia, filia Parcarum. 521.  
 Flammaramque apices rapit,  
 nihil aliud, nisi rapidè, ce-  
 lerrime ignis motum indi-  
 cat. Nam et hoc *μαντείας*  
 veterum genus erat. 522.  
 23., Totum habitum *ἐνδύ-*

*σιάζοντος* describit per *με-*  
*γιστόν*. Vitta laborat, dum  
 comaerigidae, erectae, eam  
 e capite iamiam videntur  
 deicere. 525. Oppositus fu-  
 ror voci est, quando os pro-  
 pter eum loqui non potest,  
 donec illum tandem *elucte-*  
*tur*, vincat, et libere verba  
 proferat. 526-35. His ver-  
 sibus Calchantem, fingit  
 colloquentem et quasi ex-

K

Hei mihi raptus abit! Quaenam haec procul im-  
proba virgo? 535

Hic nutante gradu stetit, amissique furoris

Viribus ante ipsas tremefactus corruit aras.

Tunc haerentem Ithacum Calydonius occupat Heros;

Nos vocat iste labor; neque enim comes ire recuso,

Si te cura trahit. Licet ille sonantibus antris 540

Tethyos aduersae, gremioque prematur aquoso

Nereos, inuenies. Tu tantum prouidus astu

Tende animum vigilem, foecundumque erige pectus.

Nam mihi quis vatum dubiis in casibus ausit

Fata videre prior? Subicit gauisus Vlyffes: 545

Sic Deus omnipotens firmet, sic annuat illa

Virgo paterna tibi; sed me spes lubrica tardat.

Grande quidem, armatum castris inducere Achillem;

Sed si fata negent, quam foedum ac triste reuerti!

Vota tamen Danaum non intentata relinquam. 550

postulantem cum Thetide.

— *Et me Phoebus agit*, i. e.

tu quidem Dea marina es;

at non minus ego nunc abs

Deo caelesti inspiratus sum.

*Fluxae vestes* foemineae

sunt. *Scinde*, intellige: *has*

*vestes*, o Achilles. 536. *ste-*

*tit*, Calchas sc. vates. 538.

*haerentem*, dubium adhuc,

et meditantem vaticinii

verba, eorumque sensum.

543. *foecundumque* -- *pectus*,

nempe dolis ac fraudibus.

547. *Virgo paterna*, Miner-

ua, quam *paternam* vocat,

quia matrem nunquam ha-

buit, sed *e patris*, Iouis, ca-

pite enata est. Non igitur

ad *patrem Diomedis* epi-

theton hoc referendum.

*Spes lubrica tardat* est, ipsa

sua lubricitate facit, vt in-

certus adhuc haeream, nec

tam cito capere consilium

possim. 549. Sensus est: Vel-

lem quidem magnam lau-

dem referre, Achillem a me

adductum esse; sed abster-

ret me timor, ne, si re in-

Iamque adeo aut aderit mecum Peleius Heros,  
 Aut verum penitus latet, et sine Apolline Calchas.  
 Conclamant Danaï, stimulatque Agamemno volentes.  
 Laxantur coetus, resolutaque murmure laeto  
 Agmina discedunt; quales iam nocte propinqua 555  
 E pastu referuntur apes, vel in antra reuerti  
 Melle nouo grauidas mitis videt Hybla cateruas.  
 Nec mora, iam dextras Ithacesia carbafus auras  
 Poscit, et in remis hilaris sedere iuuentus.

At procul occultum falsi sub imagine sexus 560  
 Aeaciden furto iam nouerat vna latentem  
 Deidamia virum: sed, opertae conscia culpa,  
 Cuncta pauet, tacitasque putat sentire sorores.  
 Namque, vt virgineo stetit agmine clarus Achilles,  
 Exsoluitque rudem genitrix digressa pudorem; 565  
 Protinus elegit comitem, (quamquam omnis in illum  
 Turba coit) blandaeque nouas nil tale timenti  
 Admouet insidias. Illam sequiturque premitque  
 Improbus, illam oculis, iterumque iterumque resumit.

fecta reuertar, deridear ab omnibus, et sic Troia capi non possit. Hoc est illud foedum ac triste. 551. sine Apolline Calchas, int. est, aut locutus fuit 557. dextras — auras, ventum secundum. 560. furto, clandestino amore, quae statim v. 561. culpa dicitur. 562. tacita. Propter id ipsum, quia tacebant, et fortassis inter se mussitabant, prodi-

tam se putabat. 564. Exsoluitque — pudorem. Rudis est pudor eius, qui amorem nondum ipse experiundo cognouit. Hunc autem exsoluit mater, h. e. fraudulento suo consilio occasionem eius exsoluendi, eius quasi vincula perrumpendi, filio dedit. 566. Turba coit, reliquae virgines in eum vnum amore feruntur. 571. thyrsos parcente. Excellens

Nunc nimius lateri non euitantis adhaeret, 570  
 Nunc leuibus fertis, lapsis nunc sponte canistris,  
 Nunc thyrso parcente ferit, modo dulcia notae  
 Fila lyrae, tenuesque modos et carmina monstrat  
 Chironis, ducitque manum, digitosque sonanti  
 Infringit citharae; nunc occupat ora canentis, 575  
 Et ligat amplexûs, et mille per oscula laudat.  
 Illa libens discit, quo vertice Pelion, et quis  
 Aeacides, puerique auditum nomen, et actus  
 Assidue stupet, et praesentem cantat Achillem.  
 Ipsa quoque et validos proferre modestius artus, 580  
 Et tenuare rudes attrito pollice lanas  
 Demonstrat, reficitque colos, et perdita dura  
 Pensa manu, vocisque sonum, pondusque tenentis;  
 Quodque fugit comites, nimio quod lumine sese

epitheton, idem fere exprimens, quod apud Horatium, L. I. Od. 6, 18. *puellae, sectis unguibus acres*. Ceterum *thyrsus* commemoratur, quod Bacchi sacrum virgines celebrabant, vt patet e v. 593. 574. *ducit manum*, virginis, *digitosque sonanti* *Infringit citharae*, pro *infringit in cithara*, super cithara. Verbum paulo fortius, pro simpliciore *flectit cum quodam sensu doloris*, vt quotidie adhuc experiuntur, qui, paulo adultiores, rigidioribus iam digitis instrumenta Musica pulsare discunt. 575. *ligat*

*plexus*, ornate pro *amplectitur*. 578. *puerique auditum nomen*, tanquam fratris puellae huius simulatae. 579. *et praesentem cantat Achillem*, absentem, (vt ipsa putat) et tamen vere praesentem. 580--83 iam quomodo vicissim Deidamia Achillem docuerit, ostendit. Ordo est. *Ipsa demonstrat*, tum docet, quomodo *validos artus modestius*, mollius, ad opus muliebri, *proferre*, adhibere debeat, et *lanas tenuare*, etc. 582. *reficitque colos*, scil. quos eius rudes digiti turbarant. 584. 85.



Figat, et in verbis intempestius anhelet, 585  
 Miratur, iam iamque dolos aperire parantem,  
 Virginea leuitate fugit, prohibetque fateri.  
 Sic sub matre Rhea iuuenis, regnator Olympi,  
 Oscula securae dabat infidiosa forori,  
 Frater adhuc, mediū donec reuerentia cessit 590  
 Sanguinis, et versos germana expauit amores.  
 Tandem detecti timidæ Nereidos astus.  
 Lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi  
 Stabat, et admissum coelo nemus: huius in umbra  
 Alternum reuocare piæ trieterica matres 595  
 Consuerant, scissumque pecus, terraque reuulsas  
 Ferre trabes, gratosque Deo præstare furores.

*nimio quod lumine sese Figat*, exquisite, pro: quod *lumina* nimis in ipsa defigat. 588 -- 91. Comparat vtrumque cum Ioue ac Iunone, horumque e fraterno amore in coniugalem transitu. Nihil hic non cum delectu positum: *Sub matre Rhea* immaturam Iouis aetatem, *securae*, Iunonis imperitiam in amore, *medii sanguinis*, discrimen et quasi limitem amoris fraterni et coniugalis, quam breuiter, tam pulchre singula, exprimunt. 592. *detecti* — *astus*, h. e. Achilles ipse Deidamiae astuta matris suae consilia aperit. 594. *admissum coelo*, ad caelum vsque pertinens arbo-

rum altitudine. 595. *Alternum* — *matres*. *Consuerant*. *Alternum* est alternatim, tertio quoque anno, vnde illa ipsa sacra *Trieterica* vocabantur. Gronovius malebat: *Alternam* — *Trieterida*, non male; sed nihil ad sensum interest, vtrum legas. 596. *scissumque pecus*. Vtrum tympana ex pellibus *scissorum pecorum*, an pelles ceruinae, quibus mulieres in sacris Bacchi solebant se cingere, poeta intelligat, nemo facile definierit. Vtrumque certe sensum verbum *ferre* admittit; nisi quod eum, si *tympana* intellexisset, *pulsandi* verbum separatim additurum fuisse, mihi proba-

Lex, procul ire mares. Iterat praecepta verendus.  
 Ductor, inaccessumque viris edicitur antrum.  
 Nec satis est, stat fine dato metuenda sacerdos, 600  
 Exploratque aditus, ne quis temerator oberret  
 Agmine foemineo. Tacitus subrisit Achilles.  
 Illum, virgineae ducentem signa cateruae,  
 Magnaque difficili soluentem brachia motu,  
 (Et sexus pariter decet, et mendacia matris) 605  
 Mirantur comites, nec iam pulcherrima turbae  
 Deidamia suae, tantumque admota superbo  
 Vincitur Aeacide, quantum premit ipsa forores.  
 Vt vero a tereti demisit Nebrida collo,  
 Errantesque sinus edera collegit; et alte 610  
 Cinxit purpureis flauentia tempora vittis,  
 Vibrauitque graui redimitum missile dextra;  
 Attonito stat turba metu, sacrisque relictis

bile est; etiam, *pelles ceruinas gerere* magis ad *gratos Deo furores*, (quorum duas species poeta h. l. tradit) pertinere videtur, quam *tympana ferre* aut *pulsare*. Etiam sequ. v. 609. fauet *ceruinis pellibus*, 598. *Lex*, sc. horum sacrorum est, vt mares etc. *verendus ductor*, haud dubie ipse Lycomedes. 600. *fine dato*, in aliquo loco, qui terminus erat constitutus, intra quem mares non accederent. 603. *ducentem signa*, fortasse honoris causa, quia hospes ac

peregrina erat virgo. 604. *Brachia soluere* est varios, brachiis gestus exprimere; quem *motum difficilem*, Statius dicit, quod simulatus et artificiosus, non naturalis erat. 606. *nec iam supple*: amplius est, seu, habetur. 608. *premit*, obscurat, vincit. 609--12. Sensus: postquam autem ventum est ad actiones sacras, virilibus similiores. Priores duo versus gestum virginis, iam iam iaculaturae, exprimunt. Debet enim, quidquid vestimenti iactum teli impedit,

Illum ambire libet, pronosque attollere vultus.

Talis, vbi ad Thebas vultumque animumque re-  
misit 615

Euius, et patrio satiauit pectora luxu,  
Serta comis mitramque leuat, thyrsumque virentem  
Armat, et hostiles inuisit fortior Indos.  
Scandebat roseo mediis fastigia coeli

Luna iugo, totis vbi Somnus inertior alis 620

Defluit in terras, mutumque amplectitur orbem,

Confedere chori, paulumque exercita pulsu

Aera tacent, tenero cum solus ab agmine Achilles

Haec secum: Quonam timidae commenta parentis

Vsqne feres? primumque imbelli carcere perdes 625

Florem animi? non tela licet Mauortia dextra,

Non trepidas agitare feras? vbi campus et amnes

Haemonii? quaerisne meos, Sperchie, natatus,

Promissasque comas? an desertoris alumni

Nullus honos? Stygiasque procul iam raptus ad  
vndas 630

Dicor? et orbatus plangit mea funera Chiron?

Tu nunc tela manu, nostros tu dirigis arcus,

alligare aut cingere. *Redimitum missile*, est thyrsus, racemis vinctus. 615 -- 18. Comparatur Achilles cum Baccho, qui postquam aliquandiu Thebis, in patria, luxui indulserat, subito animum ad bella gerenda recipit. *Leuat*, tollit, abiicit,

624-25. *Quonam* — *Vsque*, h. e. quousque, quamdiu, vt v. 638. 629. *Promissasque comas?* mox sc. abscindendas, tibi que consecrandas, Solebant enim olim crinem vel barbam Diis aut Deabus, fluminibus, etc. consecrare ac vouere, si ipsis in aliquo

Nutritosque mihi scandis, Patrocle, iugales;  
 Ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis,  
 Et tenuare colos (pudet heu! taedetque fateri) 635  
 Iam scio. Quin etiam dilectae virginis ignem,  
 Aequaeuamque facem captus, noctesque diesque  
 Dissimulas? Quonam vsque premes vrentia pectus  
 Vulnera, teque marem (pudet heu!) nec amore  
 probabis?  
 Sic ait, et, densa noctis, gauisus, in vmbra 640  
 Tempestiua suis torpere silentia furtis,  
 Vi potitur votis, et toto pectore veros  
 Admouet amplexus Risit chorus omnis ab alto  
 Astrorum, et tenerae rubuerunt cornua Lunae.  
 Illa quidem clamore nemus, montemque repleuit, 645  
 Sed Bacchi comites, discussa nube soporis,  
 Signa choris indicta putant. Fragor vndique notus  
 Tollitur, et thyrsos iterum vibrabat Achilles.

difficili negotio adfuissent. in Deidamiam, tibi aequa-  
 Exempla passim sunt obuia. lem. 641. *suis — furtis*, orna-  
 an desertoris alumni Nullus te: *silentia torpent*, pro:  
 bonos? Negatiue expressit sunt, adsunt, et *suis furtis*,  
 paulo obscurius, quod af- pro *ad sua furta*, furtiuos  
 firmando luculentius dixit- amores. 642. *veros*. Oppo-  
 set fere sic: An iam repre- nuntur *simulatis*, quales  
 hendor, conuiciis proscin- antea, vt foemina, admo-  
 dor a Chirone, tanquam uerat. 646-48. Sensus: Re-  
 profugus? 635. *tenuare co-* liquae virgines hoc clamo-  
 los. Proprie *coli* non *tenu-* re e somno excitatae, pu-  
 antur, sed *tractantur*; ita- tant, Deidamiam ad noua  
 que pro *filis* h. l. ponuntur, sacra excitare ipsas voluisse;  
 quibus *tenuari*, *duci*, etc. quod astute statim in rem  
 proprie conuenit. 636-37. suam Achilles conuertit, et  
*dilectae — facem*, amorem sacrum ritum redauspicatur.

Ante tamen dubiam verbis solatur amicis:  
 Ille ego (quid trepidas?) genuit quem caerulea  
 mater 650  
 Peliacis syluis, niuibusque immisit alendum  
 Theffalicis. Neque ego hos cultus, aut foeda sub-  
 ifsem  
 Tegmina, ni primo te visa in littore; cessi  
 Te propter; tibi pensa manu, tibi mollia gesto  
 Tympana. Quid defles, magno nurus addita ponto? 655  
 Quid gemis, ingentes coelo paritura nepotes?  
 Sed pater ante igni ferroque excisa iacebit  
 Scyros, et in tumidas ibunt haec versa procellas  
 Moenia, quam saeuo mea tu connubia perdas  
 Funere: non adeo parebimus omnia matri. 660  
 Vade, sed ereptum taceas, celesque pudorem,  
 Obstupuit tantis regina exterrita monstis,

649. *dubiam*, dubitantem quis esset, qui sub muliebri forma tantum scelus aunderet? 655. *quid defles* — *addita*. Graecismus pro *te additam esse*, plane vt apud Hor. L. III. Od. 27, 73. *Vxor inuicti Iouis esse, nescit?* Sic quoque v. sq. *gemis* — *paritura*, pro: *te parituram esse*. 657-60. Sensus: Si forte metuas, ne tuus te pater occidat, scias: *ante*, potius, prius, *eum* a me occisum, ac totam insulam vastatum iri, quam illud fiat. *Funere int. tuo ipsius*. Barthius h. l. Statium sine causa reprehendit, quod oblitus sit, rem geri in luco, non intra urbem. Potest enim ex ipso illo luco aliquis in urbem prospectus fuisse. 660. *non adeo* — *matri*, h. e. non sic per omnia matri parebo, vt perpetuo sexum occultem; sed si pater tuus quidquam mouerit, probe me virum aduersus eum praestabo. 662. *regina*, ipsa virgo regia, vt *reges* frequentissime

Quamquam olim suspecta fides, et cominus ipsum  
 Horruit, et multum facies mutata fatentis.  
 Quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti? 665  
 Seque simul iuuenemque premat, fortassis acerbas  
 Hausturum poenas? Et adhuc in corde manebat  
 Ille diu deceptus amor; filet aegra, premitque  
 Iam commune nefas; vnam placet addere furtis  
 Altricem sociam, precibus quae victa duorum 670  
 Annuit. Illa astu tacito raptumque pudorem,  
 Surgentemque vterum, atque aegros in pondere  
 menses  
 Occuluit, plenis donec stata tempora metis  
 Attulit, et partus index Lucina resoluit.

---

P. PAPINII STATII ACHILLEIDOS  
 Lib. II.

---

**I**amque per Aegaeos ibat Laërtia fluctus  
 Puppis, et innumerae mutabant Cycladas aerae.

apud veteres pro tota re-  
 gia familia. 663. *cominus*,  
 postquam nunc penitus  
 eum nosse coeperat. *et mul-*  
*tum — fatentis*, i. e. multo  
 iam truculentior videbatur  
 eius vultus, postquam se  
 virum fassus erat, nec foe-  
 minam simulabat amplius.  
 666-68. Tres causas silen-

memorat: 1) metum sui  
 exitii, 2) misericordiam in  
 Achillem, 3) amorem in  
 eundem. 669. *Iam commu-*  
*ne nefas*; *Commune*, quia  
 iam ipsa in id consenserat.  
 673. *plenis — metis*, ornate  
 pro simplici: tempus legi-  
 timum.  
 v. 1. 2. *Laërtia — Puppis*.  
 Laërtiam nauem dicit, pro-

Iam Paros Olearosque latent, iam raditur alta  
 Lemnos, et a tergo decrescit Bacchica Naxos,  
 Ante oculos crescente Samo; iam Delos opacat 5  
 Aequor; vbi excelsâ libant carchesia puppe,  
 Responſique fidem, et verum Calchanta precantur.  
 Audiit Arcitenens, Zephyrumque e vertice Cynthi  
 Impulit, et dubiis pleno dedit omina velo.  
 It pelago segura ratis, quippe alta Tonantis 10  
 Iussa Thetin certas fatorum euertere leges  
 Arcebant, aegram lacrymis, ac multa gementem,  
 Quod non erueret pontum, ventisque fretisque  
 Omnibus inuisum iam tunc sequeretur Vlyſſem.  
 Frangebat radios humili iam pronus Olympo 15  
 Phoebus, et Oceani penetrabile littus anhelis  
 Promittebat equis, cum se scopulosa leuauit

pter Vlyſſem, qui caput le-  
 gationis erat. 3. *Iam Paros  
 Olearosque latent.* Duae  
 paruae insulae e Cycladi-  
 bus. *Paros* marmore cele-  
 berrima. *Latent*, est: disce-  
 dunt ex oculis, relinquun-  
 tur post tergum. *raditur*.  
*Radere* apud poetas, de  
 cursu et itinere adhibitum,  
 est: celeriter praeteruehi,  
 vt vix summam oram vi-  
 dearis tangere. Sumtus est  
 tropus a tonsore, celeriter  
 nouacula barbam tollente,  
 vt vix sentias. 4. *Bacchica  
 Naxos decrescit.* *Bacchica*  
 dicitur, quia Bacchus ex ea  
 Ariadnen, a Theseo deser-

tam, secum abstulit. — *Cae-*  
*terum* magno cum delectu  
 hac in *græca* posita sunt ver-  
 ba *latere, decrescere, cre-*  
*scere, radere, opacare, leua-*  
*re*, ad sensum omnia. 9.  
*dubiis* est, dubitantibus de  
 felici nauigationis exitu.  
*Pleno velo* non est tam ca-  
 sus instrumenti, quam ex-  
 plicationis, q. d. *dedit* illis  
 bona *omina*, quae consiste-  
 bant in *pleno ventis velo*.  
 Ipsum omen erat ventus  
 secundus. 11. 12. *Arcebant*  
*vertere* Graeca constructio,  
 pro: *arcebant, ne seu, quo-*  
*minus verteret, mutaret le-*  
*ges* Parcarum de Achille ad

Scyros. In hanc totos emisit puppe rudentes  
 Dux Laërtiades, fociosque resumere pontum  
 Imperat, et remis Zephyros supplere cadentes. 20  
 Accedunt iussi; magis indubitata, magisque  
 Scyros erat, placidique super Tritonia custos  
 Littoris. Egressi numen venerantur amicae  
 Aetolusque Ithacusque Deae. Tum prouidus Heros,  
 Hospita ne subito terrerent moenia coetu, 25  
 Puppe iubet remanere suos. Ipse ardua fido  
 Cum Diomede petit; sed iam praeuenerat arcis  
 Littoreae seruator Abas, ignotaque, regi  
 Ediderat, (sed Graia tamen) succedere terris  
 Carbasa; procedunt, gemini ceu foedere iuncto 30  
 Hiberna sub nocte lupi, licet et sua pulset  
 Natorumque fames, penitus rabiemque minasque  
 Dissimulant, humilesque meant, ne nuntiet hostes  
 Cura canum, et trepidos moneat vigilare magistros.

Troiam ducendo. 18. *totos*  
 — *rudentes*, pro *vela*, pars  
 nauis pro parte. 19. *resu-*  
*mere pontum*, exquisite, pro,  
*denuo summa vi remigare*.  
 20. *remis Zephyros supplere*  
*cadentes*, Zephyri cadunt,  
 i. e. vim suam amittunt per  
 scopulos et saxa. Nam *scop-*  
*pulosam* modo Scyron v. 17.  
 ipse vocarat. Horum defe-
 ctum per remigationem sup-  
 pleri Vlysses iubet. 21. *Ac-*  
*cedunt iussi*, int. remiges,  
 ad puppem, remigandi caus-

sa. 22. *Tritonia, custos lit-*  
*toris*. Erat enim ibi tem-  
 plum Mineruae, in cuius  
 honorem supra L. I, 285.  
 sqq. dies festus celebratus  
 esse dicitur. 23. *amicae —*  
*Deae*. Mineruam in bello  
 Troiano Graecis, inter hos  
 autem Vlyssi ac Diomedi  
 prae caeteris fauisse, vel ex  
 Homero abunde constat.  
 26. *ardua*, h. e. arcem Ly-  
 comedis, regis. 32. *penitus*  
*rabiemque*. Ante haec ver-  
 ba supplendum: *tamen*,



Sic segnes Heroes eunt, campumque patentem 35  
 Qui medius portum celsamque interiacet urbem,  
 Alterno sermone ferunt. Prior occupat acer  
 Tydides: Qua nunc verum ratione paramus  
 Scrutari? Namque ambiguo sub pectore quondam  
 Verso, quid imbelles thyrsos mercatus, et aera, 40  
 Urbibus in mediis, Bacchaeaque terga, mitrasque  
 Huc tuleris, varioque adspersas nebridas auro?  
 Hisne grauem Phrygibus Priamoque armamus  
 Achillem?

Illi subridens Ithacus, paulum ore remisso:  
 Haec tibi, virginea modo si Lycomedis in aula 45  
 Fraude latens, vltro confessum in praelia ducent  
 Peliden; tu cuncta citus de puppe memento  
 Ferre, vbi tempus erit, clypeumque iis iungere  
 donis,

Qui pulcher signis, auroque asperrimus ardet.  
 Haec fat erunt: tecum lituo bonus adsit Agyrtes, 50

quod requirit v. anteced.  
*licet.* 35. 36. *Campum alter-*  
*num sermone serere,* paulo  
 insolentius dicitur, ac ne-  
 scio, an nullo alius poëtae  
 exemplo. Etsi enim *campo*  
 conuenit τὸ *serere*; tamen  
 hoc tantum valet de femi-  
 ne proprie dicto, non de  
*sermonibus.* Itaque haud du-  
 bie hunc locum inter vitia  
 Statii retulerim. 39 -- 43.  
 Statim praecedens vitium  
 maiori virtute compensat

poeta, quum, per quaestio-  
 nem Diomedis characterem  
 Vlyssis nobis depingit. Ex  
 ea enim liquet, partim hunc  
 illi, ne proficiscenti quidem,  
 totum consilium suum ape-  
 ruisse, partim illum huic se-  
 cure confidere, etsi magnam  
 rei partem nesciat, nempe  
 quia prudentiam viri satis  
 nouerat. Caeterum *aera*  
 h. l. non sunt instrumenta  
 bellica, (vt infra v. 48. cly-  
 peus) sed sacra, vt reliqua

Occultamque tubam tacitos apportet in vsus.  
 Dixerat: atque ipso portarum in limine regem  
 Cernit, et ostensa pacem praefatur oliua:  
 Magna (reor) pridem vestras peruenit ad aures  
 Fama trucis belli, regum placidissime, quod nunc 55  
 Europamque Asiamque quatit. Si nomina quaeras  
 Huc praelata ducum, fudit quibus vltor Atrides,  
 Hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creauit  
 Magnanimum Tydeus; Ithacis ego ductor Vlysses.  
 Causa viae (metuam quid enim tibi cuncta fateri, 60  
 Cum Graius, notaque fide celeberrimus vnus?)  
 Explorare aditus, inuisaque littora Troiae,  
 Quidue parent? Medio sermone intercipit ille:  
 Annuerit Fortuna, precor, dextrique secudent  
 Ista dei; nunc hospitio mea tecta piisque 65

illa, thyrsi, mitrae etc. —  
*Phrygibus Priamoque est  
 aduersus Phryges Priamum-  
 que. 46. latens, sit, sc. hoc  
 est, lateat. 57. Huc perlata,  
 per famam. 58. 59. quem  
 tanta — Tydeus.* Barthius ad  
 h. l. verba: *tanta stirpe* ad  
 ipsum Tydeum refert, quem  
 Diomedes armorum virtute  
 longe superarit. Id etsi in  
 se verum est, tamen valde  
 indecorum esset, si Vlysses  
 praesenti filio patrem, quem  
 insuper *magnanimum* appel-  
 let, praeferat. Ac miror  
 virum, alias tam acutum,  
 hanc rusticitatem non sen-  
 sisse. Multo melius per

*tantam stirpem* omnes reli-  
 qui duces Graecorum ad  
 Troiam intelliguntur, ita  
 vt ne seipsum quidem Vlyf-  
 ses excludat. Sic et *hic* mo-  
 destum se praebet, et *ille*  
 supra v, 30-42. per fiduci-  
 am in Vlyssis sapientia po-  
 sitam pariter reuerentiam  
 huic exhibet; adeoque duo  
 haec loca pulcherrime in-  
 uicem congruunt, mutuo-  
 que se illustrant. 60. *Causa  
 viae*, int. nobis est. 61. *Cum  
 Graius*, sc. ipse sis. *notaque.*  
 Hoc epitheton nihil aliud  
 nisi ornat; latet enim iam  
 in *celeberrimus*. 63. *ille*, Ly-

Illustrate larem. Simul intra limina ducit.  
 Nec mora, iam menfas famularis turba torosque  
 Instruit. Interea visu perlustrat Vlyffes  
 Scrutaturque domum, si qua vestigia magnae  
 Virginis, aut dubia facies suspecta figura, 70  
 Porticibusque vagis errat, totosque penates,  
 Ceu miretur, adit, velut ille cubilia praedae  
 Indubitata tenens multo legit arua Molosso  
 Venator, videat donec sub frondibus hostem  
 Porrectum somno, positosque in cespite dentes. 75  
 Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula,  
 Virginibus qua fida domus, venisse Pelasgos  
 Ductores, Graiamque ratem, fociosque receptos.  
 Iure pauent aliae, sed vix noua gaudia celat  
 Pelides, auidusque novos Heroas et arma, 80  
 Vel talis, vidisse cupit. Iamque atria feruent  
 Regali strepitu, et picto discumbitur ostro.

comedes. 69. 70. vestigia  
 magnae Virginis. Rariori  
 paulo significatu magnus,  
 quod alias, de hominibus  
 vsurpatum, *animus* plerum-  
 que, fortunas, et res exter-  
 nas exprimit, h. l. de *corpore*  
*re* dicitur, pro *grandis*, pro-  
*cerus*. 70. *dubia* — *figura*, h.  
 e. quae sub veste muliebri  
 virile aliquid spiraret, quod  
 ipso statim adspectu se pro-  
 deret. 72. *praedae*. Non  
 nominat *praedam* istam poë-

ta, sed sequentia: *positi in*  
*cespite dentes*, item *cubilia*,  
 satis indicant, aprum intel-  
 ligi. 76. *in arcana* — *aula*.  
*Arcana* vocatur *aula*, item-  
 que statim *fida domus*, pars  
 regii palatii interior, *γυ-  
 ναικωνίτις*, quoniam ibi tu-  
 tae latent foeminae ab alio-  
 rum oculis. 79. *pauent aliae*,  
 ne in belli partes Lycome-  
 des trahatur. 81. *Vel talis*,  
 h. e. etsi muliebri habitu  
 vtatur,

Tum pater ire iubet natas, comitesque pudicas  
 Natarum; subeunt, quales Maeotide ripa,  
 Cum Scythicas rapuere domos, et capta Getarum 85  
 Moenia, suppositis epulantur Amazones armis.  
 Tum vero intentus vultus ac pectora Vlyffes  
 Praelibat visu; sed nox illataque fallunt  
 Lumina, et extemplo latuit mensura iacentis.  
 Et tamen erectumque genas, oculisque vagantem, 90  
 Nullaque virginei seruantem signa pudoris,  
 Defigit, comitique obliquo lumine monstrat.  
 Quod nisi praecipitem blando complexa moneret  
 Deidamia sinu, nudataque pectora semper,  
 Exfertaque manus, humerosque in veste teneret, 95  
 Et prodire toris, et poscere vina vetaret  
 Saepius, et fronti crinale reponeret aurum;  
 Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles.

- v. 83. *ire iubet*, venire in conspectum duumvirorum iubet, *er stellt sie vor, praesentirt sie nach der Reihe an die beyden Helden.* 85. *Scythicae domus* plaustra sunt, vt vel pueris constat e Iustini L. II, c. 2. *Vxores liberosque secum inplaustris vehunt, quibus, coriis imbrum; hyemisue caussa tectis, pro domibus vtuntur.* *Rapere* h. l. idem est, quod *diripere*, quoniam de moenibus, quoque captis, i. e. vrbibus dicitur. 88. *Praelibat visu* celeriter oculis ante omnia perlustrat. 89. *et extemplo — iacentis*, int. Achillis. *Extemplo* refertur ad iacentis, vt significet, simul atque intrarit, celerrime accubuisse, ne statura ipsum proderet. 92. *Defigit*, Hypallage, vt supra L. I, 585. pro *defigit* oculos in *vagantem, seruantem*, etc. *comitique obliquo lumine*, Diomedii per nutum ac signa. 96. *prodire toris*, protendendis brachiis conspicuum se facere. 97. *et fronti — aurum*, quo cohibebantur capilli, ne fluerent, et quod

Vt placata fames, epulis bis terque repostis,  
 Rex prior alloquitur, paterisque hortatur Achiuos: 100  
 Inuideo vestris, (fateor) decora inclyta gentis  
 Argolicae, coeptis. Utinam mihi fortior aetas,  
 Quaeque fuit, Dolopas cum, Seyria littora adortos,  
 Perdomui, fregique vadis! Quae signa triumphi,  
 Vidistis celsas murorum in fronte carinas. 105  
 Saltem si soboles, aptam quam mittere bello  
 Possem, plena forent mihi gaudia; namque iu-  
 uarem.

Nunc ipsi viresque meas et cara videtis  
 Pignora. Quando nouos dabit haec mihi turba ne-  
 potes?

Dixerat, et sollers arrepto tempore Vlyffes: 110  
 Haud spernenda cupis; quis enim non visere gentes  
 Innumeras, variosque duces, atque agmina regum  
 Ardeat? Omne simul roburque decusque potentis

ille magnis motibus, ac ge- *aptam mittere!* Sollemne  
 stu, in narrando, v. c. aut est poëtis, senes inducere,  
 disputando, concutiebat partim laudantes iuuentu-  
 identidem, vt excideret. tis suae facinora bellica,  
 99. *bis terque repostis.* In- partim optantes, vt hoc fa-  
 nuuntur h. l. quos vulgo cere adhuc liceat. Tales  
*missus.* Latini vocant, *die* frequenter occurrunt, apud  
*Gänge.* 100. *paterisque hor-* Homerum Nestor, apud  
*tatur, ad pateras,* ad lar- Virgilium Euander, Aen.  
 gius hauriendum vinum. VIII. apud Silium Marus,  
 102. *aetas,* adhuc foret scil. Reguli olim comes, L. VI.  
 104. *vadis,* in vadis, h. e. et sic porro. 110. *arrepto*  
 pugna nauali. 106. Sensus: *tempore Vlyffes:* Quae hic  
 Utinam *saltem* mihi esset sequuntur Vlyffis verba, v.  
*soboles* mascula, quam pos- 109-118 de magno Grae-  
*sem* vobiscum ad *bellum* corum apparatu ad bellum

L

Europae meritos vltro iuravit in enses.

Rura, vrbesque vacant, montes spoliauimus altos. 115

Omne fretum longa velorum obtexitur vmbra.

Tradunt arma patres: ruit irreuocata iuuentus.

Non alias vnquam tantae data copia famae

Fortibus; haud campo maiore exercita virtus.

(Aspicit intentum vigilique haec aure trahentem, 120

Cum paueant aliae, demissaque lumina flectant.)

Atque iterat: Quisquis proavis et gente superbus,

Quisquis equo iaculoque potens, qui praeualet arcu,

Omnis honos illic, illic ingentia certant

Nomina; vix timidae matres, vix agmina cessant 125

Virginea. Hic multum steriles damnatus in annos,

Inuisusque Deis, si quem haec noua gloria segnem

Praeterit., — Exisset stratis, nisi prouida signo

Deidamia dato, cunctas hortata sorores,

Troianum quum stultissime dicantur, si regi feni dicantur; apparet, non tam huic, quam Achilli dici. Hinc illa verba, *arrepto tempore*, scil. quod dudum Vlysses ad inflammandum iuuenem sibi optarat. Itaque hic quoque locus prudentiam poëtae ostendit. 114. *meritos — in enses*, ornate pro in bellum longe iustissimum, 115. *montes spoliauimus altos*, arboribus, vt classis tot nauium fieret. 117. *Tradunt arma patres*, int. filiis *irreuocata*, irreuocabilis,

tanto ardore, vt retineri non possit. 120. *Aspicit intentum*, h. e. *animaduertit* Vlysses Achillem, narrationi suae *intentum*. 125 - 27. Vide porro, lector, quam artificiose poëta Vlysses, ambitionis igniculos in iuuenem suscitantem fingat, illis maxime verbis: *vix agmina cessant Virginea*. *Steriles anni* vel ita intelligendi, vt dicat, indignum talem esse, cui dii filias ac posteros indulgeant, vel ita, vt neget, quidquam magnae rei ab eo gestum iri, et laudem vl-

Liquisset menfas, ipsum complexa; sed haeret 130  
 Respiciens Ithacum, coetuque nouissimus exit.  
 Ille quidem incepto paulum sermone remisit,  
 Pauca tamen iungens: At tu tranquillus in alta  
 Pace mane: carisque para connubia natis,  
 Quas tibi fidereis diuarum vultibus aequas 135  
 Sors dedit. Vt me olim tacitum reuerentia tangit!  
 Is decor est formae, species permixta virili.  
 Occurrit genitor: Quid, si Bacchaëa ferentes  
 Orgia, Palladias aut circum videris aras?  
 Et dabimus, si forte nouus cunctabitur Auster. 140  
 Excipiunt cupidi, et tacitis spes addita votis.  
 Caetera depositis Lycomedis regia curis  
 Tranquilla sub pace filet, sed longa sagaci  
 Nox Ithaco, lucemque cupit, somnoque grauatur.  
 Vix dum exorta dies, et iam comitatus Agyrta 145  
 Tydides aderat, praedictaque dona ferebat.

Iam eius facta secuturam,  
 vel denique utroque modo.  
 130. *ipsum complexa*, tan-  
 quam sui sexus familiarera,  
 ut os ei obturaret osculo,  
 ne se statim proderet. 134.  
*natis*, pro *natus*, paulo  
 insolentius; sed tamen hu-  
 ius formae non modo apud  
 poetas, verum apud profai-  
 cos exempla occurrunt. 136.  
*olim*, i. e. ex quo hic adsum.  
 140. *cunctabitur*, actiue po-  
 situm, pro: morabitur vos,  
 iter vestrum. *Auster* hic po-  
 nitur pro quolibet vento,

quo illi ad reditum in castra  
 Troiana opus habent, ut  
 supra *Zephyrus* v. 8. Neutro  
 enim loco, si *ἀκριβῶς* et ex  
 astronomica ratione loqui  
 velimus, poeta recte dixit-  
 set, quum Scyron petenti-  
 bus Euro potius, ac Troiam  
 repetentibus. Zephyro opus  
 videatur fuisse. Sed frequen-  
 tissima, vel apud optimos  
 poetas, haec ventorum  
 Enallage esse solet.

V. 143. 44. *longa sagaci Nox*  
*Ithaco*, supple: *videbatur*;  
 ut etiam *somnus*, alias tam

Nec minus egressae thalamis Scyræides ibant  
 Ostentare choros: promissaque sacra verendis  
 Hospitibus. Nitet ante alias regina, comesque  
 Pelides; qualis Siculae sub rupibus Aetnae 150  
 Naïdes Ennaeas inter Diana, feroxque  
 Pallas, et Elysi lucebat sponfa Tyranni.  
 Iamque mouent gressus, thiasis Ismenia baxus  
 Signa dedit, quater aera Rheae, quater Euia pulsant  
 Terga manu, variosque quater legere recursus. 155  
 Tunc thyrsos pariterque leuant, pariterque reponunt,  
 Multiplicantque gradum, modo, quo Curetes in actu,  
 Quoque pii Samothraeces eunt, nunc obuia versae  
 Pectine Amazonio, modo, quo citat orbe Lacaenas  
 Delia, plaudentesque suis intorquet Amyclis. 160

gratus hospes, ipsum gra-  
 uaret, i. e. ei molestus esset,  
 propter expectationem fu-  
 turae diei. 144. 45. Cogi-  
 tandum est, Diomedem, a  
 Lycomedes interim digres-  
 sum, postridie cum Agyrta,  
 (v. 50) ac donis (v. 48) re-  
 diisse. 149. *regina*, Deida-  
 mia. 150-151. Has ipsas  
 Deas, Dianam ac Miner-  
 uam, Claudianus, initio se-  
 cundi de Raptu Proserpi-  
 nae, huic comites addit,  
 nisi quod tertiam iis, Ve-  
 nerem, adiungit. 154. *ae-  
 ra Rheae* sunt cymbala Cu-  
 retum atque Corybantum,  
 in sacris Magnae matris pul-  
 sari solita, 155. *Euia terga*,

sunt tympana. 156--159.  
 Quadruplex motuum in sal-  
 tando genus commemorat:  
 Curetum, Samothracum,  
 Amazonum, ac Dianae;  
 quae genera, quomodo iu-  
 ter se differant, nunc qui-  
 dem non satis conitat am-  
 plius; nec nostra multum,  
 ad intelligendum certe Sta-  
 tium, interest. *Obuia* pro  
*obuiam* aduerbialiter posi-  
 tum; *pecten Amazonium* au-  
 tem, si e nomine tuto iu-  
 dicare licet, saltandi genus  
 fuit fortasse, quo saltatores  
 figuram dentium *pectinis* re-  
 ferebant, rectam lineam ef-  
 ficientium; nam h. l. *orbi*  
 Dianae Laconico opponi-



Tunc vero, tunc praecipue manifestus Achilles  
 Nec seruare vices, nec iungere brachia curat.  
 Tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus  
 Plus solito, rumpitque choros; et plurima turbat.  
 Sic indignantem thyrsos, acceptaque matris, 165  
 Tympana, iam tristes spectabant Penthea Thebae.  
 Soluuntur laudata chors, repetuntque paterna  
 Limina, vbi, in mediae iamdudum sedibus aulae,  
 Munera, virgineos visus tractura, locarat  
 Tydides, signam hospitii, pretiumque laboris, 170  
 Hortaturque, legant; nec Rex placidissimus arcet,  
 Heu simplex, nimiumque rudis, qui callida dona  
 Graiorumque dolos, variumque ignorat Vlyffem!  
 Hinc aliae, quas sexus iners, naturaque ducit,  
 Aut teretes thyrsos, aut respondentia tentant 175  
 Tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis.

tur. *Suis intorquet Amyclis*,  
 est, vt Scholiastes vetus  
 apud Barthium ad h. l. ex-  
 plicat, *saltantes redire iu-  
 bet de montibus, et campis  
 in urbem, unde ad sacra Dia-  
 nae prodierant.* 165. *acce-  
 ptaeque matris*, h. e. a ma-  
 tre, Agaue, sibi commen-  
 data. Non tamen diffiteor,  
 mihi magis placere lectio-  
 nem; *matrì*, quae est haud  
 paulo simplicior, hoc sen-  
 su: *tympana matrì longe  
 gratissima.* 166. *tristes* —  
*Thebae*, nempe nihil boni  
 Pentheo ex illo facrorum

contemptu praesagientes;  
 quod exitus deinde docuit,  
 quum ille ab ipsa matre fu-  
 riosa discerperetur. 172.  
*Callida dona*, dicuntur per  
 Metonymiam causae pro  
 effectu, exquisite, pro:  
 quae a callido viro profi-  
 ciscuntur. 174. *respondentia*  
 sc. pulsantibus, resonando.  
 176. *gemmatis* — *limbis*.  
 Hanc lectionem: *limbis*,  
 Barthius ad h. l. affirmat,  
 esse in omnibus MSSis, nec  
 vult *nimbis* substitui, quae  
 tamen, meo iudicio, vnice  
 vera est. Firmare *limbis* vult

Arma vident, magnoque putant donata parenti.  
 At ferus Aeacides, radiantem vt cominus orbem,  
 Caelatum pugnis faeuis, et forte rubentem  
 Bellorum maculis, acclinem et conspicit hastam: 180  
 Infremuit, torfitque genas, et fronte relicta  
 Surrexere comae; nusquam mandata parentis,  
 Nusquam occultus amor, [totoque in pectore Troia est;  
 Vt leo, materno cum raptus ab vbere mores

loco Claudiani, Conf. Mall. 118. vbi pariter sit: *Continuo frontem limbo velata pudicam.* Sed ibi Gesnerus pariter ex melioribus libris asseruit, *nimbo*; ibidemque docet, *limbum* esse *ἄσπεδος*, *extremum vestimenti marginem.* Nostro autem loco, (quemadmodum et apud Claudianum) non de veste aliqua, sed de *tegmine capitis* sermo est. Atqui hic opportune nobis adest, ac litem omnem dirimit Isidorus, Orig. L. XIX, c. 31. haec disertè scribens: *Nimbus est fasciola transversa, ex auro, affuta in linteo, quod est in fronte foeminarum.* Quid volumus amplius? Et tamen plura sunt in promptu. De ornamento capitis sermonem h. l. esse, indicat *vox tempora.* Denique est in manibus meis verus Statii editio Basileensis, (1531. 8) in qua legitur: *vittis*, quod etsi glossema est, tamen indicat,

eius auctorem pariter de capitis ornatu, non de veste, locum intellexisse. 177. *orbem*, clypeum, de quo supra dixerat, v. 43. 179-80. *et forte rubentem Bellorum maculis.* Speciosa est lectio, quam Barthius commemorat ex antiquis libris: *nec forte rubentem*; sed et speciosa tantum, nihil amplius. Nam quod Vlysses ipsum, maculas sanguinis prudentem, ait, adpersisse, refutatur eo, quod poeta istas maculas *bellorum* esse dicit. Ergo necesse est, clypeum iam ante adhibitum veris bellis fuisse. Et quidni talem data opera ex castris potuit attulisse? 180. *acclinem*, iuxta clypeum parieti acclinatum. 181. *torfitque genas*, h. e. vultum mutauit. 181. *mandata parentis*, Thetidis, Lib. I, 338-42, et 380. 81. 183-88. Splendidum profecto simile et Achille dignum, etiam sublimiter tractatum, quod vel

Accepit, pectique iubas, hominemque vereri 185  
 Edidicit, nullasque ruit, nisi iussus, in iras:  
 Si semel aduerso radiauit lumine ferrum,  
 Eiurata fides domitorque inimicus; in illum  
 Prima fames, timidoque pudet seruire magistro.  
 Vt vero accessit propius, luxque aemula vultum 190  
 Reddidit, et similem tandem se vidit in auro:  
 Horruit erubuitque simul. Tunc acer Vlyffes,  
 Admotus lateri, summissa voce: Quid haeres?  
 Scimus, ait, tu semiferi Chironis alumnus,  
 Tu coeli pelagique nepos; te Dorica classis, 195  
 Te tua suspensis expectat Graecia signis,  
 Ipsaque iam dubiis nutant tibi Pergama muris.  
 Eia age, rumpe moras, sine, perfida palleat Ide:  
 Et iuuet haec audire patrem, pudeatque, dolosam  
 Sic pro te timuisse Thetin. Iam pectus amictu 200  
 Laxabat, cum grande tuba (sic iussus) Agyrtes

illa verba: *ruit in iras*,  
*eiurata fides*, *pudet seruire*  
*timido* etc. indicant. *Mores*  
*accipere* est doceri ab alio  
 se sinere. *Eiurare*, abiicere,  
 proiicere, negligere. *Do-*  
*mitor inimicus*, supple: ei  
 statim esse incipit. 189.  
*luxque aemula*. Cogitandum  
 est, Achillem in metallo  
 polito vidisse suam imagi-  
 nem. 192. *Horruit*. Qui sic?  
 et quid? Non profecto,  
 quod deformis, certe non  
 latis pulcher esset; (alia  
 enim omnia superius poeta

ipse docuit;) imo, quod  
 nimis pulcher, i. e. quod  
 potuerit ad muliebrem mol-  
 litiem se demittere; vnde  
 et additur: *eum simul eru-*  
*buisse*. 195. *Tu coeli pelagi-*  
*que nepos*, ex patre Iouis,  
 ex matre, Oceani. 197. *nu-*  
*tant tibi*. Mira in his ver-  
 bis suauitas, q. d. minantur  
 iam ruinam Troiae moenia,  
 sed antequam cadant, te  
 modo expectant. 198. *palleat Ide*,  
 timere tandem si-  
 bi incipiat, quum tu ex ora-  
 culi monitu adfueris. 199.

Insonuit; fugiunt disiectis vndique donis  
 Implorantque patrem, commotaque praelia credunt.  
 Illius intactae cecidere a pectore vestes.  
 Iam clypeus, breuiorque manu consumitur hasta. 205  
 Mira fides, Ithacumque humeris excedere visus,  
 Aetolumque ducem; tantum subita arma calorque  
 Martius horrenda confundit luce penates:  
 Immanisque gradu, ceu protinus Hectora poscens,  
 Stat medius, trepidante domo; Peleia virgo 210  
 Quaeritur. Ast alia plangebatur parte reiectos  
 Deidamia dolos; cuius cum grandia primum  
 Lamenta, et notas accepit pectore voces,  
 Haesit, et occulto virtus infracta calore est.  
 Dimittit clypeum, regisque ad lumina versus, 215  
 Attonitum fatis, inopinane monstra pauentem,  
 Sicut erat, mediis Lycomedem affatur in armis:  
 Me tibi, care pater, (dubium dimitte timorem)

*patrem, tuum, Peleum. 202. fugiunt, int. reliquae omnes virgines. 204. intactae, sua sponte decidunt, postquam paulo liberius corpus constrictum mouere coeperat. 204. breuiorque — hasta, h. e. ne excedit quidem manum, vix manum attingat; adeo procerus apparebat iuuenis. 207. 208. tantum subita — penates. Nisi hic aliquid deest, (quod iam Barthius suspicabatur) aut tantum paulo inoleu-*

*tius ac fere sine exemplo, ponitur pro tam, vt ordo sit: tantum confundit calor — et subita arma penates, horrenda luce, aut, quod malim, verba illa; tantum — Martius, ἐπιφωνήματα in parenthesi collocanda sunt, hoc sensu: tantum arma, subito arrepta, et calor Martius sc. efficiunt valent, nempe vt maior se ipso repente videatur. 214. occulto — calore, amoris conjugalis. 218. Me tibi.*

Me Thetis alma dedit; te pridem tanta manebat  
 Gloria, quaesitum Danais tu mittis Achillem, 220  
 Grator et magno (si fas dixisse) parente  
 Et dulci Chirone mihi; sed corda parumper  
 Huc aduerte libens, atque has bonus accipe voces:  
 Te Peleus nato focerum et Thetis hospita iungunt,  
 Allegantque suos utroque a sanguine Divos. 225  
 Vnam virgineo natarum ex agmine poscunt.  
 Dasne? an nos humiles tibi degeneresque videmur?  
 Non renuis: iunge ergo manus, et concipe foedus,  
 Atque ignosce tuis; tacito iam cognita furto  
 Deidamia mihi. Quis enim his obstare lacertis, 230  
 Quae potuit nostras possessa euadere flammis?  
 Me luere ista iube; pono arma, et reddo Pelasgis,  
 Et maneo. Quid triste fremis? Quid lumina mutas?  
 Iam focer es, (natum ante pedes proiecit, et addit:)

Ergo non *filiam*, ut mater  
 nuper mentiebatur, sed fi-  
 lium. Caeterum tota in se-  
 quens Achillis oratio est  
 affectu longe plenissima, et  
 magnum poetae ingenium  
 ostendit. 224. *nato*, h. e.  
 mihi. *Thetis hospita*. *Hos-  
 pitam* dicit, quia nuper apud  
 Lycomedem manserat, sic-  
 que hospitii ius ac foedus  
 cum eo inierat. 230. *his* —  
*lacertis*, i. e. meis, quales  
 quantosque ipse iam vides.  
 232. 33. *pono arma* — *ma-  
 neo* Magnum, imo ingens,  
 argumentum veniae impe-

trandae, non in alio quoli-  
 bet, sed tantum in Achille,  
 cuius ad bellum incredibili-  
 sis impetus modo est de-  
 scriptus. Profecto enim  
 vehementius et acerbius  
 poenam *luere* minime po-  
 tuisset, quam si Lycome-  
 des eum remanere coegisset.  
 234. 35. Hic tandem  
 insignem parachronismum  
 poetae deprehendimus. Nar-  
 rat enim, Achillem Lyco-  
 medi focero, Pyrrhum s.  
 Neoptolemum, ante pedes  
 proiecisse. Hoc si verum  
 esse ponamus, anniculum

Iamque auus; immitis, quoties tractabitur ensis, 235  
Turba fumus. Tunc et Danai, per sacra fidemque

hunc, certe bimulo vix maiorem, fuisse necesse est; alias enim eum non *proiecisset, sed produxisset*, et aui pedes amplecti iussisset, fortassis quoque verba quaedam deprecantia ipsum loqui docuisset. Iam Achilles haud dubie primo statim belli Troiani anno ab Vlysse accessit; Protésilus enim adhuc vivebat, qui tamen primus omnium ibi Graecorum cecidit, (v. L. I, 494.) Quum igitur bellum Troianum non nisi decem annos durauerit, eo autem nec dum finito, Pyrrhus ille etc. Neoptolemus, ad manes Achillis, patris, Polyxenae mactatione, placandos, Troiam venerit, sequitur, eum hoc iter anno aetatis vndecimo, summum duodecimo, suscepisse. Nihilominus iam tam insignem se militem, patrisque simillimum praestitisse, ab omnibus dicitur. Quis haec credat? Quod si eius natalem paululum retrorsum figamus, et sex vel etiam octo annos iam habuisse dicamus, quum fraus Thetidis et Achillis ab Vlysse degebat, ab alia parte difficultas obortur. Neque enim fieri videretur potuisse, ut, etsi partum Deidamiae aliquandiu nescierit Lycomedes, tamen

natum inde nepotem per tot annos ipse celaretur. Qui denique Apollodorum (Bibl. L. III. c. 12. v. 8.) in subsidium vocare voluerint, qui, *nono aetatis anno exacto, Achillem a Thetide in aulam Lycomedis adductum*, scripsit, ut taceam, eos hunc nodum non soluere, etiam in longe maiores, de Achille ipso difficultates se coniciunt, vnde expediri vix possunt. Relinquitur ergo, Statium aduersus temporum rationem impegisse. — Sed quis poëtas huic adstringat? — Cur igitur litem nostro mouimus? Non alia de causa, nisi, ut studiosos adolescentes ad ἀξιόβειον interpretandi adiuuaueremus, quae omnia apud veteres perquirat, omnia excutit. Caeterum salua horum cuique sua laus, sua praestantia Nunquis Aeneidem excellens poëma esse neget, quia Virgilius Dido cum Aenea composuit, quae aliquot certe saeculis ipso iunior est? Nunquis ergo et Achilleidem ideo minus suauem lectu putet, quod Statius aliquot annis iuniorem Neoptolemum facit, quam temporum ratio accurata postulet? — 235. 36. *immitis* — *Turba fumus*. Seipsum, Deidamiam, ac

Hospitii, blandusque precum compellat Vlyffes.  
 Ille, etsi carae comperta iniuria natae,  
 Et Thetidis mandata mouent, prodique veretur  
 Depositum tam grande Deae; tamen obuius ire 240  
 Tot metuit fatis, Argiuaque bella morari.  
 Fac, velit; ipsam illic matrem spreuisset Achilles.  
 Ne tamen abnueret genero se iungere tali,  
 Vincitur. Arcanis effert pudibunda tenebris  
 Deidamia gradum; veniam nec protinus amens 245  
 Credit, et opposito genitorem placat Achille.  
 Mittitur Haemoniam, magni qui Pelea facti  
 Impleat, et classem comitesque in praelia poscat.  
 Nec non et geminas regnator Scyrius alnos  
 Deducit genero, viresque excusat Achiuis. 250

Tunc epulis consumpta dies, tandemque receptum  
 Foedus, et intrepidus nox conscia iungit amantes.  
 Illius ante oculos noua bella, et Xanthus, et Ide.

filiohū intelligit, qui Ly-  
 comedi sint restituri; praeter  
 iplos tres vero etiam  
 Graecos omnes, eorumque  
 interpretem Vlyffem, qui  
 nunc solis precibus agant,  
 idem facturos, nisi facilem  
 se veniae praebeat. 240.  
*Depositum tam grande De-*  
*ae,* h. e. vnicum filium, ve-  
 luti sacrum, sibi commissum.  
 242. *Fac velit,* int. retine-  
 re apud se. 244. *pudibunda.*  
 Suauissimum h. l. epithe-  
 ton, vt et paulo post:

*amens,* h. e. timore indi-  
 gnationis paternae adhuc  
 consternata. 248. *Impleat*  
*facti magni,* ornate pro,  
 qui Peleo magnam rem il-  
 lam nunciet. *Magnus* autem  
 h. l. est *mirabilis.* 250. *vi-*  
*resque,* int. paruas, dese-  
 ctum virium, partim quod  
 senex sit ipse; partim quod  
 exiguum regnum habeat,  
 nec magna auxilia possit  
 mittere. *Genero,* generi  
 causa.  
 v. 202. *intrepidus,* sc. nunc

Argolicaeque rates, atque haec iam cogitat vndas,  
Auroramque timet, cara ceruice mariti 255

Fusa noui, lacrimas iam soluit, et occupat artus:  
Aspiciamne iterum, meque hoc in pectore ponam,  
Aeacide, rursusque tuos dignabere partus?

An tumidus Teucrosque lares, et rapta reportans  
Pergama, virgineae nolis meminisse latebrae? 260

Quid precer? Heu timeamue prius? quidue anxiam  
mandem,

Cui vix flere vacat? Modo te nox vna deditque  
Inuiditque mihi: thalamis haec tempora nostris?

Hicne est liber Hymen? O dulcia furta dolique!

O timor! eripitur miserae promissus Achilles. 265

I, (neque enim tantos ausim reuocare paratûs)

I cautus, nec vana Thetin timuisse, memento:

I felix, nosterque redi; nimis improba pascō.

Iam te spectabunt lacrymis planctuque decorae

Troades, optabuntque tuis dare colla lacertis, 270

primum, placato et conficio Lycomedē. 254. vndas, iter mariti nauticum. 256. lacrymas iam soluit, non lacrymatur, sed lacrymas in verba erumpere iubet, verbis exprimit, vt apud Claudianum in Ruf. 258. vbi vide Gesnerum, 260. virgineae nolis. Omnes libri in nolis consentiunt; et tamen mihi videtur legendum; nolis, quia praecessit Futurum & dignabere. 263. tha-

lamis — nostris? Plenius: Anne tam paruum tempus, vna modo nox, coniugio nostro destinata est? 264. Liber dicitur Hymen eate-nus, quia per nuptias et consensum patris iam legitima facta est coniunctio. 267. nec vana — memento, q. d. semper memento, quae mater tua timuit, vere evenire posse: ideoque in pericula te ne conice. 268. nimis improba pascō. Decen-



Et patriam pensare toris. Aut ipsa placebit  
 Tyndaris, incestâ nimium laudata rapinâ.  
 Ast ego vel primae puerilis fabula culpæ  
 Narrabor famulis, aut dissimulata latebo.  
 Quin age, duc comitem; cur non ego Martia te-  
 cum 275

Signa feram? Tu pensa manu Bacchæaque tecum  
 Sacra, quod infelix non credet Troia, tulisti.  
 Attamen hunc, quem moesta mihi solatia linqvis,  
 Hunc saltem sub corde tene, et concede precanti  
 Hoc solum, pariat ne quid tibi barbara coniux; 280  
 Ne qua det indignos Thetidi captiua nepotes,  
 Talia dicentem, non ipse immotus, Achilles  
 Solatur, iuratque fidem, iurataque fletu  
 Spondet, et ingentes famulas, captumque reuersus  
 Ilium, et Phrygiæ promittit munera gazæ. 285  
 Irrita ventosæ rapiabant verba procellæ.

tissime Statius Deidamiae inter alia laudabilia, v. c. amorem conjugalem, fidem, modestiam quoque affingit, quæ hoc et iqq. versibus egregie exprimitur. 271. *patriam pensare toris*, h. c. miseriam et dolorem ex amissa patria studebunt lenire spe, Græcis ducibus nubendi. 273. 74. Eadem apud Ovidium metuebat Penelope, Heroid. I, 75-76. Caeterum *fabula primæ culpæ puerilis* h. l. est, fabula, quæ me deridendam aliis propines,

quod me, puellam imperitam, decipi abs te passa sim. 275. 76. Argumentatur e contrariis: Si tu inter mulieres muliebria tractare potuisti (quod sane Troiani vix credent) quidni et ego, virilia possim agere, quantumuis sim femina? 279. *hunc*, innuit Pyrrhum, communem filium. 281. *Thetidi*, De quantitate vltimæ syllabæ, v. supra, quæ ad Catulli Epith. v. 21. dicta sunt. 284. 85. *Captum Ilium* interpretor, omnem præ-

Exiit implicitum tenebris humentibus orbem  
 Oceano prolata dies: genitorque coruscae  
 Lucis adhuc hebetem vicina nocte leuabat,  
 Et nondum excusso rorantem lampada ponto. 290  
 Et iam punicea nodatum pectora palla,  
 Insignemque ipsis, quae prima inuaserat, armis  
 Aeaciden (quippe aura vocat, cognataque suadent  
 Aequora) prospectant cuncti: iuuenemque ducemque,  
 Nil ausi meminisse, pauent. Sic omnia visu 295  
 Mutatus rediit, ceu nunquam Scyria passus  
 Littora, Peliaco raptus descendat ab antro.  
 Tunc ex more Deis (ita namque monebat Vlyffes)  
 Aequoreis matrique litat, fluctuque sub ipso  
 Caeruleum regem tauro veneratur, auumque 300

dam ac diuitias, inde ab-  
 ductas.  
 V. 288. 89. Splendida ac sub-  
 limis exorientis diei descri-  
 ptio; paene vt L. I, 242  
 199. *Genitor coruscae lucis*  
 sol est. *Hebes* autem eius  
*lampas vicina nocte adhuc*  
 esse dicitur, tropo elegan-  
 tissimo, quatenus *hebetia*  
 vocantur, quae vim non  
 habent amplius; certe, pro-  
 pter impedimentum ali-  
 quod (haec est h. l. *vicina*  
*nox*) aut plane non, aut mi-  
 nus, quam alias fieret, ex-  
 serunt. 292. *quae prima*  
*inuaserat*, h. e. prima tum  
 gerebat. 293. *Cognata* di-  
 cuntur Achilli *aequora*,  
 propter Thetin matrem,  
 Nerei filiam. 295. *Nil ausi*  
*meminisse*, nempe eorum,  
 quae ingrata praecesserant.  
 296. *Scyria passus Littora*.  
 Notent h. l. tirones exqui-  
 situm et paulo rariorem τ̄  
 pati usum, quo humanam  
 infirmitatem, aut naeuum  
 aliquem exprimit. Sic apud  
 Claudianum; *Bella Fet.* 525.  
*Te patiar suadente fugam*.  
 Conf. IV Honor. 123. *Nul-*  
*loque priuatae passus conta-*  
*gia fortis*, Phoen. 10. *Sae-*  
*ua nec humani patitur con-*  
*tagia mundi*. Sic dici posset  
 in carmine: *Hercules Om-*  
*phalen passus* etc. Sensus  
 itaque h. l. est: Adeo mu-

Nerea; vittatâ genitrix placata iuuençâ est.

Hic spumante solo iaciens tumida exta profatur:

Paruimus, genitrix, quamquam haud toleranda  
iubebas,

Paruimus nimium; bella ad Troiana, ratesque

Argolicas quaesitus eo. Sic orsus, et alno 305

Insiluit, penitusque Notò stridente propinquis

Abripitur terris, iamque ardua crescere nubes

Incipit, et Scyros longo decrescere ponto.

Turre procul summa, lacrymis comitata fororum,

Confessumque tenens et habentem nomina Pyr-  
rhum, 310

Pendebat coniux, oculisque, in carbasa fixis,

Ibat: et ipsa fretum et puppem iam sola videbat.

Ille quoque obliquos dilecta ad moenia vultus

Declinat, viduamque domum, gemitusque relietae

Cogitat; occultus sub corde renascitur ardor, 315

Datque locum virtus. Sensit Laërtius Heros

tatus Achilles redit, vt ne-  
mo suspicari ex eius figura  
possit, hunc ipsum esse, qui  
se antea ad muliebres ope-  
ras in hac insula demiserit.  
300. *Caeruleum regem*, Ne-  
ptunum, a maris colore ita  
dictum. 308. *Scyros* — pon-  
to, v. ad v. 3 sqq. huius li-  
bri. 310. *Confessumque* —  
*Pyrrhum*. *Confessus* passiue  
h. l. dicitur de eo, quem  
omnes iam confitentur, int.  
filium legitimum. Vnde et

poëta addit: *habentem no-*  
*mina*, i. e. qui iam non spu-  
rius amplius appellatur, sed  
palam audit Achillis verus  
filius. 312. *Ibat*, quum pe-  
dibus iam non posset, ocu-  
lis certe maritum *pro seque-*  
*batur*. *Sola*, deserta, in so-  
litudine. 316. *Datque lo-*  
*cum virtus*; int. amorì con-  
iugali, cui paulisper cedit  
animus bellicosus. 318. sqq.  
Rursus notetur artificium  
poëtae, qui Vlyssèem indu-

Moerentem, et placidis aggressus flectere dictis:  
 Tene, (inquit) magnae vastator debite Troiae,  
 Quem Danaae classes, quem Diuûm oracula poscunt,  
 Erectumque manet reſerato limine bellum, 320  
 Callida foemineo genitrix velauit amictu,  
 Commisitque vllis tam grandia furta latebris?  
 Sperauitque fidem? nimis o ſuſpenſa nimisque  
 Mater, an haec virtus tacita torperet in vmbra,  
 Quae vix audito litui clangore refugit 324  
 Et Thetin, et comites, et quos ſuppreſſerat, ignes?  
 Nec noſtrum eſt, quod in arma venis, ſequeris-  
 que precantes;  
 Veniſſes vltro. Quem talibus occupat Heros  
 Aeacides: Longum eſt reſides exponere cauſas,  
 Maternumque nefas. Hoc excuſabitur enſe 330

cit, Achillis animum ſollicitum prudentiſſime lenientem oppoſita laudum eius mentione, et excitando gloriae bellicae ſtudio. *Magnae Troiae* non caſus ſecundus eſt, ſed tertius nec a *vastator* pendet, ſed a *debite*. 320. *Erectumque bellum*. Abſtractum pro concreto: Bellatores omnes *erecti*, ſuſpenſi, *manent* exſpectant, *bellum*, cuius veluti *limen reſeratum*, initium iam factum eſt. Haud dubie Iani templum Statius in mente habuit, quum hoc ſcripſit- 322, 23. *Tam grandia furta* ſunt h, l, *fraus*

Thetidis, qua filium tam fortem pro foemina aulae ingerebat. *Fidem* ergo *sperauit* erit: *Sperauitne*, hanc fraudem celari perpetuo ac taceri poſſe? *Suſpenſa* denique timida, diffidens virtuti filii. 327. *Nec noſtrum eſt*, h. e. ne nobis quidem hoc tribuimus, quod te iam habemus. 329. *reſides* — *cauſas*. Admodum dure *reſides*, dicuntur *cauſſae*, quae faciunt, vt aliquis in aliquo loco *reſideat*, h. e. turpiter deliteſcat, obtorpeſcat; ad eo quidem dure, vt, ſi libri permitterent, legendum paene conſilium: *reſ-*

Scyros, et indecores, fatorum crimina, cultus.

Tu potius, dum lene fretum, Zephyrisque feruntur

Carbasa, quae Danais tanti primordia belli,

Ede; libet iustas hinc fumere protinus iras.

Hic Ithacus paulum repetito longius orsu: 335

Fertur in Hectorea (si talia credimus) ora

Electus, formae certamina soluere, pastor

Sollicitas tenuisse Deas: nec torua Mineruae

Ora, nec aetherii sociam rectoris, amico

Lumine, sed solam nimium vidisse Dionen. 340

Atque adeo lis ista, tuis exorta sub antris,

Concilio superum dum Pelea dulce maritat

Pelion, et nostris iam nunc promitteris armis.

Ira quatit victas; petit exitialia iudex

Praemia; raptori faciles monstrantur Amyclae. 345

Ille Phrygas lucos, matris penetralia caedit

*fidendi exponere causas:*  
dummodo ab huius duritiei  
suspicione Statium liberem.  
Sed nihil definitio. 331. *Scy-*  
*ros*, h. e. omnia, quae mi-  
nus recte a me Scyri acta  
sunt. 334. *Sumere iras* est  
l. iras irritare, excitare, au-  
gere, nempe in hostes Tro-  
ianos. 337. *formae certa-*  
*mina soluere*, Graecismus,  
pro ad soluenda trium Dea-  
rum certamina. 340. *nimum*  
*vidisse*, lepide ac per Euphe-  
mismum expressum, fere  
vti nos Germani, in simili

re solemus dicere: *jemanden zu tief in die Augen sehen.* 341. *tuis — sub antris*, h. e. in Thessalia, quum pater tuus, Peleus, nuptias celebrabat cum Thetide. 343. *promitteris*, a Paris, quarum vaticinium a Catullo in Epithalamio, supra propositum, haud dubie animo poetae, quum haec scribebat, obuersatum est. 344. *victas*, duas reliquas, Iunonem et Mineruam. 345. *faciles — Amyclae*, a Venere; nam ibi habitabat Helena. 346. *matris — Tur-*

M

Turrigeræ, vetitasque solo procumbere pinus  
 Praecipitat, terrasque freto delatus Achæas,  
 Hospitis Atridae (pudet heu! miseretque potentis  
 Europæ) spoliat thalamos, Helenaque superbus 350  
 Nauigat, et captos ad Pergama deuehit Argos.  
 Inde dato passim varias rumore per vrbes,  
 Vndique inexciti sibi quisque, et sponte coimus,  
 Vltiores: quis enim genialia foedera rumpi,  
 Capta dolis, facilique trahi connubia raptu 355  
 Ceu pecus, armentumque, aut viles messis aceruos,  
 Perferat? Haec et non fortes iactura moueret.  
 Non tulit infidias diuûm imperiosus Agenor,  
 Mugitusque sacros, et magno numine vectam  
 Quaesit Europen, aspernatulque Tonantem est, 360  
 Vt generum. Raptam et Scythico de littore prolem

*rigeræ*, Cybeles: 353. *sibi quisque*, h. e. sua quoque causa, quod tale flagitium ad se quoque pertinere, suam rem agi, putabat. Nam, (vt recte Horatius) *tua res agitur, paries quum proximus ardet.* 356. *viles*, non in se, sed, si cum armentis, aut hominibus comparentur. 358. *sq.* *Non tulit*, int. quondam. Illustrat enim rem exemplis Agenoris, et Aeetae, quorum ille, quamuis a Ioue focer petitus, hic a Iasone, tamen neutrum voluerint admittere. Itaque a maiori ad mi-

~~mentatur~~: Si illi

Deorum adeo coniunctionem aspernati sint, quia non fuerit legitima; quanto minus Menelaum et Graecos Paridis adulterium laturos, probabile erat? 358. *Imperiosus* dicitur Agenor, propter minas Cadmo intentatas, nisi quaesitam Europam sororem inuenisset. 359. *Sacrum* apud poetas est, quidquid a Diis vel regibus proficiscitur, aut quocumque modo ad eos pertinet, siue honestum, siue turpe sit. *Mugitus* igitur *sacri*, sunt Iouis, in taurum mutati. 360. *Quaesit*, h. e. quaeri a filio iussit.

Non tulit Aetes, ferroque et classe secutus  
 Semideos reges, et ituram in sidera puppim.  
 Nos Phryga femiurum, portus et littora circum  
 Argolica incesta volitantem puppe, feremus? 365  
 Usque adeo nusquam arma et equi, fretaque in-  
 via Graiis?

Quid, si nunc aliquis patriis rapturus ab oris  
 Deidamian eat, viduaque ab sede reuellat  
 Attonitam, et magni clamantem nomen Achillis?  
 Illius ad capulum rediit manus, et simul ingens 370  
 Impulit ora rubor. Tacuit contentus Vlyffes.

Excipit Oenides: Quin o dignissima coeli  
 Progenies, ritusque tuos, elementaque primae  
 Indolis, et, valida mox accedente iuuenta,  
 Quae solitus laudum tibi femina pandere Chiron, 375  
 Virtutisque aditus, quas membra augere per artes,  
 Quas animum, sociis, multumque fauentibus, ede:

363. *ituram -- puppim.* Constat, Argo, nauem, a Minerva inter sidera relatum fuisse, v. Hygini Fab. c. 14 extr. 367 - 69. Pulchre profecto Vlyffes, ad incitandam Achillis in Troianos iram, de se ipso coniecturam facere eum iubet, si quid ei tale in Deidamia accidat. Sed pulchrius poëta in sequentibus huius artificii effectum addit. 370. *Illius, Achillis.* 371. *contentus,* sc. ipsum ita concitasse, vt iam sua sponte curreret.

372. *Oenides,* Diomedes, alter sociorum. 374. *sq.* Duas res ab eo sciscitatur, educationem primam infantis, deinde institutionem adolescentis. Haec cursus erat duplex, animi, *quae solitus (sit) laudum -- aditus,* et corporis, *quas membra etc.* *Laudum semina* sunt artes illae, quibus Chiron ambitionis honestae igniculos in alumno fuscitabat et alebat. *Membra augere,* membrorum agilitatem et robur augere. *Sociis,* supple: *nobis.*

Sit pretium, longas penitus quaefisse per vndas  
 Scyron, et his armis primum intendisse lacertos,  
 Quem pigeat, sua facta loqui? Tamen ille modeste 380  
 Inchoat, ambiguus paulum, propiorque coacto;  
 Dicor, et in teneris, et adhuc crescentibus annis,  
 Theffalus vt rigido senior me monte recepit,  
 Non vllas ex more dapes habuisse, nec almīs  
 Vberibus satiasse famem; sed spiffa leonum 385  
 Viscera, semianimesque libens traxisse medullas,  
 Haec mihi prima Ceres; haec laeti munera Bacchi,  
 Sic dabat ille pater; mox ire per auia secum  
 Lustra, gradu maiore trahens; visisque docebat  
 Arridere feris; nec fracta ruentibus vndis 390  
 Saxa, nec ad vastae trepidare silentia sylvae,  
 Iam tunc hasta manu, iam tunc ceruice pharetrae,  
 Et ferri properatus amor, durataque multo  
 Sole geluque cutis, tenero nec flexa cubili  
 Membra, sed ingenti saxum commune magistro, 395  
 Vix mihi biffenos annorum torferat orbis  
 Vita rudis, volucres cum iam praeuertere ceruos,  
 Et Lapithas cogebat equo, praemiffaque cursu

378. 79. *Sit pretium, - quaefisse - et - intendisse.* Plinius: *Sit quasi praemium hoc laboris nostri, quo te quaesimus, et ad bellum pertraximus, hoc enim est armis lacertos intendisse, induisse, Antecedens pro consequente.* 382. *Dicor.*

In hoc ipso inest modestia, quam poeta v. 349. praefatur, quod non dicit, *habui dapes, satiaui famem, sed dicor habuisse, satiasse.* 395. *saxum commune magistro,* int. mihi erat, in quo vterque noctu in spelunca dormiremus, 398. *Et Lapithas*



Tela sequi; saepe ipse gradu me praepete Chiron,  
 Dum velox aetas, campis admissus agebat 400  
 Omnibus, exhaustumque vago, per gramina passu  
 Laudabat gaudens, atque in sua colla leuabat,  
 Saepe etiam primo fluuii torpore iubebat  
 Ire super, glaciemque leui non frangere planta.  
 Hoc puerile decus; quid nunc tibi praelia dicam 405  
 Siluarum? et vacuos saeuo iam murmure saltus?  
 Nunquam ille imbelles Ossaea per auia, lynces  
 Sectari, aut timidos passus me cuspide damas  
 Sternere, sed tristes turbare cubilibus vrfas,  
 Fulmineosque fues, et sicubi maxima tigris, 410  
 Aut seducta iugis foetae spelunca leaenae,  
 Ipse sedens vasto facta expectabat ab antro,

cogebat equo. Non temere Barthius h. l. legendum con-  
 iicit equos, qui *Lapithae* a  
 regione et patria dicantur,  
 (erant enim Thessalici equi  
 olim celeberrimi) ac velle  
 Achillem hoc: Se coactum  
 esse (a Chirone) ceruos, e-  
 quos, ac tela cursu prae-  
 uertere. Certe de eque-  
 stribus Achillis exercitatio-  
 nibus nullum hic verbum.  
 Atque etiam magnae artis  
 hoc esset, scilicet, equo pe-  
 ditem (*Lapitham*) si perso-  
 nae nomen h. l. esset, cur-  
 su praeuertere! Praeterea  
 pueri duodecim annorum,  
 (qualem se adhuc tum fuisse  
 Achilles, v. 395 ait) non

dum equitando exerceri so-  
 lent. Haec omnia Barthii  
 coniecturam insigniter con-  
 firmant. 400. *Dum velox  
 aetas* int. ei adhuc erat, ve-  
 geta, florens. 404. *leui non  
 frangere planta*, iungenda  
 cum verbo negatio est, non  
 cum adiectiuo; non = fran-  
 gere, i. e. leuitate gressus  
 cauere, ne frangerem. 406.  
*murmure*, leonum, vrforum,  
 etc. 407. *imbelles* = *lynxes*.  
 Perpetuum animalium, ci-  
 curum epitheton, quatenus  
 feris opponuntur. Sic Ho-  
 rati: *nec imbellem feroces  
 Progenerant aquitae colum-  
 bam*, Lib. IV. Od. 4. 31 32.  
 411. *Seducta iugis*, PRO III

Si sparsus magno remearem sanguine; nec me  
 Ante, nisi inspectis, admisit ad oscula, telis.  
 Iamque et ad ensiferos vicina pube tumultus 415  
 Aptabar, nec me vlla feri Mauortis imago  
 Praeteriit; didici, quo Paeones arma rotatu,  
 Quo Macetae sua gaesa cient, quo turbine caestum  
 Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus  
 Tenderet, et flexae Balearicus auctor habenae 420  
 Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu,  
 Inclusum quoties distringeret aëra gyro.  
 Vix memorem cunctos (etsi modo gessimus) actus.  
 Nunc docet ingenti saltu me iungere fossas,  
 Nunc caput aërii scandentem prendere montis, 425

ingis, in secessu montium  
 abscondita. 412. *ab antro*,  
 Ergo non *in antro*, sed fo-  
 ris, ab introitu, quasi a so-  
 lio quodam, iudicis. 413.  
 Si h. e. *an Graecorum*, *α*  
*ἐν ἔλθοιμι*. 415. *vicina pube*,  
 Casus temporis: quum anni  
 pubertatis appropinquarent.  
 420. 22. Vt nihil de reliquis  
 armorum apud diuersas gen-  
 tes diuersorum generibus  
 dicam, quae per *μερισμὸν*,  
 vel cumulum poeta h. l.  
 commemorat, vel sola haec  
*fundae* (haec enim est *flexa*  
*habena*) et *fundatoris* de-  
 scriptio quantum habet gra-  
 phicae expressionis! *Trabe-*  
*re, librare tortu, aëra inclu-*  
*sam gyro distringere. Ne-*

*que vulnera suspensa*, pro,  
 impendentia ac iamiam fa-  
 cienda, et *librare vulnera*,  
 pro, librare ictus, non val-  
 de exquisite dicuntur. Haec  
 talia loca imprimis a studio-  
 sis iuuenibus considerari, et  
 ab omni parte excuti velim,  
 etiam comparatis aliorum  
 poetarum locis, tanquam in  
 hoc statim exemplo, et Clau-  
 dianeo, Conf III Honorii,  
 39-50. vbi vix dubitem, poë-  
 tam Statii hunc nostrum  
 ante oculos habuisse. 424.  
*iungere fossas* i. e. saltu tra-  
 iicere. Saliendo enim fit,  
 vt, quod vacui spatii inter-  
 est, non adesse, vtraque  
 terrae pars continua, et sic  
 quasi *coniuncta* videatur.

Quo fugitur per plana, gradu; simulacraque pugae  
 Excipere immissos curuato vmbone molares,  
 Ardentesque intrare casas, peditemque volantes  
 Sistere quadriugos. Memini, rapidissimus ibat  
 Imbribus assiduis pastus niuibusque solutis 430  
 Sperchios, vulsasque trabes, et saxa ferebat;  
 Cum me ille immissum, qua saeuior impetus vndae,  
 Stare iubet contra, tumidosque repellere fluctus,  
 Quos vix ipse gradu toties obstante tulisset.  
 Stabam equidem, nec me referebat concitus amnis, 435  
 Et latae caligo viae. Ferus ille minari  
 Desuper incumbens, verbisque vrgere pudorem.  
 Nec nisi iussus abii; sic me sublimis agebat  
 Gloria, nec duri tanto sub teste labores.  
 Nam procul Oebalios in nubila condere discos, 440  
 Et liquidam nudare Palen, et spargere caestus  
 Ludus erat, requiesque mihi, nec maior in istis

426. Quo fugitur per plana, gradu. Supple: eo, quo fugitur, i. e. citato, celerissimo. 427. Sensus: Lapidem in me coniectos clypeo excipere. *Vmbo*, clypeus, pars pro toto. 429. *Sistere quadriugos*, quatuor equos, currendo currum trahentes, manu retinere. 434. *Quos vix ipse*. Sane; erat enim iam tum Chiron aetati senili proximus. 436. *Et latae caligo viae*. *Lata via* est lata fluminis tumentis superficies, adeo ut oculi practi-

timore caligare inciperent, daß mir ganz schwarz vor den Augen wurde. 440 *Oebalios* — *discos*, i. e. *Laconicos*, qui in Spartana regione maxime in usu erant, quae ab Oebalo rege, Cynortae filio, dicta est. 441. *liquidam nudare Palen*. Non de *Pale*, Dea pastorum, hic cogitandum est, sed est vox Graeca, *πάλη*, et *prolueta* h. l. adhibetur, quae *liquida* dicitur, quod luctantes oleo ungebantur, *nudari* autem, quod *nudi* pugna-

Sudor, Apollineo, quam, fila sonantia plectro  
 Cum quaterem, priscolque virum mirarer honores.  
 Quin etiam succos atque auxiliantia morbis 445  
 Gramina, quo nimius staret medicamine sanguis,  
 Quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat,  
 Quae ferro cohibenda lues, quae cederet herbis,  
 Edocuit, monitusque sacrae sub pectore fixit  
 Iustitiae, qua Peliacis dare iura verenda 450  
 Gentibus, atque suos solitus placare bimembres.  
 Haecenus annorum, comites, elementa meorum  
 Et memini, et meminisse iuuat: scit caetera Mater.

bant. Totum est hoc poë-  
 ticum, et spargere caestus.  
 Caestus proprie vibrantur,  
 immittuntur; sed spargere  
 h. l. se eos potuisse, Achil-  
 les ait, propter magnam le-  
 uitatem et manuum agili-  
 tatem. 444. honores, i. e.  
 facta fortia et virtutes. Ef-  
 fectus pro causa. 449. Edo-  
 cuit, int. me idem ille Chi-  
 ron. 451. solitus, sc. fuerit,  
 bimembres. Centauros. v. su-  
 pra ad Claud. Conf. IV Hon.  
 v. 542. Omnia igitur, quae-  
 cunque requirere in futuro  
 heroë aliquis posset, Achil-  
 lem docuerat, exercitatio-  
 nes corporis, cursum, vena-  
 tum, saltum, palaestram,  
 musicam, medicinam, de-

nique et iustitiam. Hinc  
 absolutus iam bellator et  
 rex est. 453. scit cetera  
 mater. Vel ad ipsa vltima  
 poëmatis verba το πρότερον  
 poëta seruat. Quantumuis  
 enim eloquenter pueritiae  
 et adolescentia studia narra-  
 uit Achilles, tamen, quum ad  
 Scyriacam illam vitae perio-  
 dum peruentum est, quae ip-  
 si non erat adeo honorifica,  
 subito filium abrumpit, quod  
 ipsum pudebat illam adice-  
 re. Ita quae comites, si eam  
 velint cognoscere, ad Theti-  
 dem matrem ablegat, tan-  
 quam pudere eam non de-  
 beat, ista narrare, quam ea-  
 dem omnia excogitare et ex-  
 sequi non puduerit.

